ΝΕΙΛΟΥ ΕΠΙ-
ΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥ-
ΡΟΣ ΚΕΦΆΛΑΙΑ, Ἢ
παραινέσεις.

NILI EPISCOPI ET MAR
TYRIS CAPITA, SEV PRAECE-
ptiones de Vita piè, Chriſtianè ac hone-
ſtè exigenda, Græcolatinè:

A' MICHAELE NEANDRO SO-
rauienſe conuerſæ & expoſitæ.

*BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.*

OPTIMIS ET PRVDENTISSI-MIS VIRIS, CONSVLIBVS ET SE-natoribus Hilperhauſenſibus in Francia, ſuis do-minis obſeruandis s. D.

EOs autores iuuentuti proponendos eſſe, Conſules ac Senatores ſapientiſsimi, ſaniores omnes putant, qui & pietatem docent: & de moribus, ac denique totius uitæ honeſta gubernatione præcepta ſimul continent. Inter quos meritò etiam connumerabitur Nili epiſcopi & martyris, uiri ſanctiſsimi, Paręneſeon libellus, pius ualde & elegans: cum breuibus ſententijs & axiomatis tanquam oraculis quibuſdam, præcipua pietatis, honeſtatis, uirtutis, uitæ & morum gubernationis capita, breuibus ſententijs incluſa, ſit complexus. Quæ docendi ratio, quemadmodum eſt uetuſtiſsima & optima, ita quoque longè eſt utiliſsima. quod alibi pluribus oſtendere ſumus conati.

Cæterùm eum autorem reperit aliquando in bibliotheca quadam uetuſtiſsima, apud barbaros planè homines, in Vualachia (quæ regio eſt uicina Tranſſyluaniæ) Ioannes Honterus Coronenſis, uir doctiſsimus, & de literis in patria ſua Tranſſyluania optimè meritus, linguarum ac totius antiquitatis ſtudioſiſsimus: dum eius regionis, & uicinæ Moldauiæ bibliothecas excutit. Plura autem proculdubio reperturus, & cum ſtudioſis communicaturus fuerat, ſi eum uirum, quemadmodũ etiam Vuagnerum, utrumque doctiſsimum et linguarum cognitione eximium, & Tranſſyluaniȩ ſuæ lumina clariſsima, fata minus æqua ei terræ, & publicæ etiam utilitati non inuidiſſent.

Porrò eum autorem (quem Hontero, ut diximus, debemus, qui primus eum ex tenebris in lucem eduxit, ubi cum blattis, tineiſque, ſitu & alijs huiuſmodi bonorum librorum peſtibus deliteſcẽs, diu bellum geſſerat) cum amici eum è Tranſſyluania ad nos miſiſſent, ut publici eum uſus faceremus, ex græco in latinum conuertimus:

Græca quoq́, quæ corrupta erant, ſeu correximus: ſeu etiam de noſtra ſententia, quid legendum putaremus, adoleſcentes certiores fecimus. ac deniq́ totum libellũ græcè & latinè eregionè deſcriptum, breui expoſitione expoſuimus. Eam noſtram operam non modò gratam, ſed etiam utilẽ futuram ſperamus, bonis adoleſcẽtibus.

Vobis autem, prudentiſsimi Conſules ac Senatores, hanc noſtrã lucubrationem ideo nuncupauimus, quòd iam olim nobis notum eſſet, quanto ſtudio id ageretis, ut ueſtra iuuentus non modò in pietate & bonis moribus (de quo plurimæ piæ & ſobriæ præceptiones in Nili noſtri Parænesibus reperiuntur) ſed etiam in bonis literis à fidelibus præceptoribus informaretur. Idq́ argumento erat uel maximè, quòd me puero adhuc ex ueſtra urbe & ſchola, multi adoleſcentes mediocriter inſtituti, ad alias ſcholas, maiora & altiora ſtudia ſequentes, cateruatim properarent. Ac fuit mihi familiaris quædam noticia cum aliquot honeſtis adoleſcẽtibus, ueſtris filijs & ciuibus, qui in patria noſtra dulciſsima, Sorauia, ſub uno præceptore, doctiſsimo uiro, M. HENRICO THEODORO, ueſtro ciue, nunc uerò Eccleſiæ in ducatu Lignicenſi in Sileſia, inſpectore digniſsimo, unà nobiſcum diſcebant: cum quibus & poſtea Vuitebergæ familiariter uiximus.

Sperauimus itaque hanc noſtram inſcriptionem gratam futuram, non tantum uobis, uiri ſapientiſsimi, ſed præceptori etiam noſtro ueteri, & dilecto, M. Henrico Theodoro: qui huc uſq́ nos, noſtraq́ ſtudia amanter & honorificè complecti non deſinit. Præterea ijs etiam ueſtris ciuibus, cum quibus adoleſcentes tùm domi tùm alibi olim amicè & coniunctè uiximus: quorum pleriq́, ut ego exiſtimo & audio, nunc docent in ſcholis & eccleſijs. Quod quemadmodum iucundum debet eſſe uobis, & præceptori cuius communi opera uſi ſumus: ita nobis quoq́ gratum eſt, recordari, quòd cum eiuſmodi adoleſcentibus amicitia & conſuetudo nobis interceſſerit, qui nec tempus nec ſumptus malè prorſus perdiderimus,

mus, nec etiam parentum & præceptorum expectationem totam feſellerimus.

Maximè autem profuturam hanc noſtram operam, quam præſenti libello uertendo, corrigendo, deſcribendo, & exponendo impendimus, non dubitamus tũ ueſtræ ſcholæ iuuentuti: tum alijs etiam adoleſcentibus, quibus & græcæ linguæ cognitio, & pietas, & uirtutis ſtudium ex animo curæ ſunt: utrumq; enim inde petent non infeliciter. Valete, prudẽtiſsimi domini: atq; hanc uoluntatis noſtræ erga uos, præceptores, notos & amicos ueteres, ac quæ nunc diſcit in ueſtra ſchola iuuentutem, amicam ſignificationem æqui boniq; facite.

Anno 1558. in ipſo die Michaelis Archangeli.

V. P.
deditiſs.
Michael Neander
Sorauienſis.

AD PVBEM HILPERHAVSEN-ſem προτρεπτικόν.

Βιβλίον οὐτιδανὸν τόδε καὶ βραχὺ οὖσιν ἰδέσθαι,
ὦ παῖδες, βαιὸν μὴ νεμεσίζετ' ὅμως.
„ πολλὰ γὰρ ὥς γε λέγουσι χάρεις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ
„ καὶ θάμιν' οὐ μεγάλου μεῖζον ὄνειαρ ἔχει.
οὔτιν' ἀνωφελίμα, μικρόν περ ὄν, ἤτ' ἀπόβλητα,
οἷα νῦν ἡμετέρων πολλάκι βιβλί' ἔχει.
αὐτὰρ ὑπὸ χθονίοις θεόπνευστα μαθήματα Νεῖλος
δείκνυσι χριστοφιλὴς ἐνθάδε πᾶσιν ἀνήρ.
ἄλλα πρὸς εὐσεβίης ἀγαθοὺς ἄσκησιν ὀτρύνει
ἁγνόν τε φοβεῖν κέκλετ' ἐόντα θεόν.
Ζηνί τε μόνῳ κρατερὴν πίσυνος ὑπὸ ἐλπίδα βάλλειν
μοῦνος ἐπεὶ ῥύσης ἐν κακότητι πάρα.
ἐνθάδ' ἑοὺς τιμᾶν ὅππως φίλα τέκνα γονῆας,
κ' ἀμφαγαπαζέμεναι, πᾶσιν ἔοικε λέγει.
χ' ὅτι ἀέκητι θεοῦ, οὐ ῥάδιον ἔργμα τι θνητοῖς
ἐστι, πικροῖς πάντων ὅσσα μογοῦσι πόνοις.
„ ἄνθρωποι χάριτος γὰρ ἄνευ δυνάμεσθα θείης,
„ οὔτ' ἀγαθὸν νοέειν, οὔτε καλόν τι ποιεῖν.
καὶ ὅτι σὺν καμάτῳ θεὸς εὐχομένοισιν ἀρήγει
θυμαρέως, στυγέει δ' ὅς κεν ἄεργος ἔῃ.
πλεῖστ' ἀνὰ τ' ἄλλα γέρων πολυτίμιος ἀνδράσι φαίνει
αἰδεσίμων φρονίμως δόγματα κεδνὰ τρόπον.
οἷσιν ὁμαρτεῦντες πᾶσίν γ' ἐνὶ πράγμασι παῖδες,
καὶ μελέτην περὶ μὲν γράμματ' ἔχοντες ὅλην.
ἕξετε ὑμετέρης φίλον ὔμμιν ἀμμώτορα σπουδῆς
χριστὸν ἐπουρανίου ἐνναετῆρα δόμου.
καὶ μάλα μὲν τοκέων ὑπὸ ἐλπίσι συγγενέων τε
πάντη ἔσεσθ' ἀρετῇ ἠδὲ λόγοισι κλυτοί.
σκεύεα γιγνόμενοι ἐλεήτυος οὐ ῥα χόλοιο
πατρίδ' ἔτ' ἠδ' ἄλλοις ὄργανα χρηστὰ βροτοῖς.
εὔχομαι ὥστε ὑμῖν πᾶσιν περικηδεῖ γενέσθαι
πρακτέμεν ὅσσ' αὖ Ζηνί τ' εἰσὶν ἄρεστα θεῷ.
ἔρρωσθ' ἐλλογίμοις παιδευταῖς, ἠδὲ τοκεῦσι
πειθόμενοι, καί με οὐκ ἀπολήγετ' ἐρᾶν.

HOc nomine ſcriptores, Theologi, Patres, Epiſcopi, & Martyres, plerique uiri tum pietatis, tum doctrinæ & & confeſsionis nomine præſtantes, multi fuere. Meminit Nili cuiuſdam Nicephorus, ubi agit de maximarum epiſcopalium ſedium præfectis, alijsque uirtute atque doctrina præſtantibus diuinis uiris: eumque ἀσκητὴν, hoc eſt, certatorem & pugilem uenerandum nominat. Et iterum alterius, qui epiſcopus fuit in Aegypto, & quòd cum alijs non paucis, omnibus ſanctis uiris, propter confeſsionem doctrinæ, igne fuerit combuſtus.

Multi Nili fuere.

Lib. 14. cap. 30 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Lib. 7 cap. 16. Euſebius quoq; in hiſtoria ſua Eccleſiaſtica li. 8 cap. 13.

Alium etiam Nilum archiepiſcopum Theſſalonicenſem fuiſſe legimus, uirum eruditum, & Papatui minimè æquum: propterea quòd plurimis ſcriptis eius, tum idolomaniam, tum etiam ſuperbiam, qua ſe ſupra Deum & eccleſiam extulit, acerrimè confutarit. Eius extat adhuc Sermo, manifeſtè explicans, nullam aliam hactenus fuiſſe Latinæ ac Græcæ eccleſiæ diſſenſionis cauſam, quàm quòd uniuerſali concilio, Papa rei controuerſæ legitimam cognitionem concedere non uult: quin ſolus ipſe tanquam magiſter atque arbiter controuerſiæ ſedere uult, alios autem tanquam diſcipulos dicto audientes eſſe: & hoc ab apoſtolorum ac patrum legibus & actionibus eſſe alieniſsimum. Eiuſdem ſermo de Papæ origine. Eiuſdem clara & breuis ad Latinos reſpõſio, tanquam enchiridion quoddam, propoſitum his qui aduerſus illos pugnare uolunt. Aduerſus papæ tyrannidẽ & Latinos. De uita in Chriſto. Ea omnia nos manuſcripta uidimus apud amicum, in amplo & antiquo uolumine, quæ ſeu ipſe, ſeu alij, quibus id negocij dabitur, aliquando cum ſtudioſis communia facient. Eiuſdem epiſcopi editus quoq; eſt nuper in Germania libellus de primatu Romani pontificis. Agit autem in eo de primatu Papæ, quem ita ex uetuſtiſsimis concilijs, alijsque uetuſtis monumentis refutat, ut oſtendat eum nec diuini iuris eſſe, ſed tantum à patribus ac imperatoribus conceſſum: nec tamẽ talem ac tantam uim ſuæ præeminentiæ eſſe, quantam papa nunc nullo ſibi iure uſurpat. Is Nilus quando uixerit, non certò conſtat. uixit ſanè poſt Caroli Magni, primi Germanorum imperatoris, tempora: ſeptimæ namque ſynodi aliquoties mentionem facit.

Nilus archiepiſcopus Theſſalonicẽſis papæ hoſtis acerrimus.

Libri Nili qui adhuc græcè extant contra Papam ſcripti.

Nili ſcripta, græcè manuſcripta, nondum edita.

Nili liber de primatu Romani pontificis græcè et latinè editus.

Nilus Theſſalonicenſis quando uixerit.

Nili etiam cuiuſdam Græcam hiſtoriã in bibliothecis Italiæ aſſeruari, aiunt.

Nili cuiuſdam græca hiſtoria manuſcripta.

Nili

De Nilo Scholaſtico. Nili autem ſcholaſtici tetraſtichon legitur libro quarto magni uoluminis Græcorum Epigrammatum: quod in folio, cum breuibus, ſed ualde eruditis Ioannis Brodæi commentarijs Baſileæ impreſſum eſt. Id uerò hoc loco ideo referre noluimus, quòd quum de Satyris ſcriptum eſſet, non uideretur magni eſſe momenti.

Volumen Græcorum epigrammatum.

Lib. 14. cap. 54. Cæterùm de Nilo Conſtantinopolitano hæc apud Nicephorum in Eccleſiaſtica hiſtoria leguntur· Admirando autem Nilo patria Conſtantinopolis fuit: cuius etiam propter egregiam generis nobilitatem præfectus fuit. Potentia autem & opibus affluens, aſceticam illis prætulit uitam: quippe qui ad exemplum diuini Dauidis, ad domum Dei abijci, quàm in tabernaculis peccatorum habitare maluerit. Et cum eloquentiæ ui polleret, diuinæq; gratiæ neruis ualidus eſſet, *Scripta Nili Cōſtātinopolitani.* ſcripta uaria quæ uitæ monaſticæ exercitium inſtruunt, reliquit uerbis & ſententijs ita compoſita, ut lectoris animum gratia incredibili recreent. Scripſit quoque diuinorum patrum in monte Sina obitum, martyrium, facundia & affectu tanto, ut ſatis inde colligere liceat, quàm eximia doctrina iuxtà & uirtute uir is fuerit: ubi etiam ſuas & filiorum res paucis commemorat, miſerabiliter ueluti in tragœdia captiuitatem eorum exponens: quum barbari Blemmyæ, excurſione ſua cædem ingentem fecere. quod opuſculum, tanquā ſpirituale quoddam oblectamentum, ſtudioſis reliquit. Alios item libros optimos edidit, ſpiritualis gratiæ non expertes: inter quos primas eum ferre puto, quem ad græcæ ſuperſtitionis ſectatores ſcripſit. Et rurſum, qui ab eo ad Eulogium compoſiti ſunt. Capita autem collegit aliqua quidem fuſius, multa autem compendioſius tractata, in quibus ſpiritualem fructum, perinde atque nectar aut ambroſiam aliquam, oculis ſubiectum, ita ut facilè percipi poſſet, propoſuit. Quem uita defunctum, Iuſtinus poſterior inde translatum, in fundamento ſacratioris menſæ, in eo quod ab ipſo Petro & Paulo apoſtolorum principibus, ad Orphanotrophium conſtructū eſt, templo repoſuit. Huic Nilo non dubitaremus aſcribere, quem conuertimus Parænesſeon libellum, niſi alij martyrem quoque ipſum facerent, quod & nos ſequuti ſumus: ſimul quoq; floruiſſe ſcriberent, anno à Chriſto nato 309, quod indiſcuſſum ita relinquimus. Id ſolum ſtudioſis affirmantes, libellum eſſe elegantem & pium, qui præcepta de pietate, honeſtate & uirtute, morum denique ac totius uitæ Deo placente infor-

Liber ſcriptus ad Græcæ ſuperſtitionis ſectatores, cuius argumenti ſcripſit 12 libros Theodoritus Cyrenſis epiſcopus, q adhuc extant, et bonarum rerū doctrina et cognitione ſunt referti.

Cui Nilo aſcribendus ſit præſens Parænſeon libellus.

Argumentū paræneſeon Nili epiſcopi.

te informatione proponat, in breuib. ſententijs & dictis tanquam oraculis quibuſdam incluſa. quam ratione docendi pietatem & morum honeſtatem, ab initio ſemper uſitatam fuiſſe cùm noſtris, tum ethnicis,* alibi pluribus expoſuimus.

* *In præfatione quã præmiſimus poematis Pythagoræ & Phocylidæ, & Xenophontis libello de Hercule, à nobis conuerſis. ubi quoque commemorauimus authores Græcos, qui doctrinam de morum formatione breuibus ſententijs incluſam tractaſſent.*

ΝΕΙΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΕΦΑ-
λαια, ἢ παραινέσεις.

Ἀρχὴ σωτηρίας, ἡ ἑαυτοῦ κατάγνωσις.
Βέλτιον εἰκῆ ἐμβάλλειν λίθον, ἢ λόγον.
γίνου τοῖς πᾶσιν, ὡς σὺ θέλεις πάντας.
δικαιοσύνην μᾶλλον ἔργῳ, ἢ λόγῳ ἄσκει.
εὐσεβὴς οὐχ ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, ἀλλ' ὁ μηδένα ἀδικῶν.
ζῆν ἄμεινον ἐπὶ ª στιβάδος, καὶ θαῤῥεῖν, ἢ χρυσῆν ἔχοντα κλίνην.
ἡδὺς ἐκεῖνος ὁ φίλος, ὁ τὴν ψυχὴν διατρέφων.
θεὸν μὲν λόγοις ὕμνει, ἔργοις δὲ σέβου, ἐννοίᾳ δὲ τίμα.
ἱερέα φρόνησις, καὶ βίος, καὶ οὐ συγγένεια ποιεῖ.
κάκιστόν ἐστι πᾶσι δουλεύειν αἰσχροῖς.
λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δὲ αὐτὴν κήρυττε.
μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ.
νόμον τιμῶν, κατὰ νόμον ζήσεις.
ξένος ἐκεῖνος, ᾧ ξένα τὰ τοῦ κόσμου.
ὁ φθονῶν ἑαυτὸν ζημιοῖ· ὁ γὰρ κατ' ἄλλου φθεγγόμενος, ᵇ φθάνει πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.
πλούσιον μήτε κολάκευε, μήτε προξένει.
ῥώννυσι μὲν οἶνος τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν λόγος θεοῦ.
σιτίοις χρῶ, οὐ τοῖς ἡδέσιν, ἀλλὰ τοῖς ὠφελίμοις.
τοῖς ὄχλοις πειρώμενος ἀρέσκειν, τῶν ὄχλων ὅμοιος ἔσῃ.
ὑπὲρ πάντα καταχρῶ τῷ σώματί σου.
φιλόπονος ἐκεῖνος, οὗ χρόνος οὐ παραδύει.
χριστιανοῦ ἀνδρὸς μὴ τὸ σχῆμα ἀποδέχου, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα.
ψέγειν ἀνεπίληπτον εἰς θεὸν, ἁμαρτία.
ὤτων καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος.
φόβον ἔχε θεοῦ, καὶ πόθον, καὶ καθαρὸν πρὸς πάντας τὸ μαρτύριον τοῦ συνειδότος ᶜ κέχρησο.
αὐτὸν ἐφεστάναι τὸν θεὸν πίστευε, ἐν οἷς πράττεις ἑκάστοτε.
φεῦγε σοὺς ἐπαίνους, αἰσχύνου δὲ σοὺς ψόγους.
χαῖρε τὴν ἀρετὴν ἡνίκα πράττῃς· ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου, μήποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται.
ὅσον ἐν τῷ νόμῳ προκόπτεις, ἀπολείπεσθαι τῆς τελειότητος γίνωσκε.

a στιβάς, uile ſtragulum, lectū ex paleis, folijs & gramine: quemadmodum in ea ſignificatione aliquoties apud Theocritum legitur.

b Græca loquēdi forma eſt. ad uerbū, præuenit patiens, ſeu affectus à ſeipſo malè.

c Præteritū eſt paſſiuū imperatiui uerbi χράομαι.

πάσης

NILI EPISCOPI ET MARTYRIS CAPITA SEV PRAEceptiones ſententioſæ.

INitium ſalutis eſt, ſui ipſius accuſatio.
2. Satius eſt temerè mittere lapidem, quàm uerbum.
Fac omnibus, quemadmodum tu uis omnes (facere tibi).
Iuſticiam magis opere quàm uerbo exerce.
Pius eſt, non qui multorum miſeretur, ſed qui neminem iniuria afficit.
6. Satius eſt humi cubantem uiuere, & bono eſſe animo, quàm perturbatum in aureo lecto.
Dulcis ille amicus eſt, qui animam paſcit.
Deum uerbis quidem lauda, operibus cole, & cogitatione honora.
Sacerdotem facit intelligentia, & uita, & morum integritas.
10. Peſsima res eſt, omnibus ſeruire turpitudinibus.
Verbo uirtutem doceto, opere autem eandem declara.
Non habere uirtutem præclarum putato, ſed quemadmodũ decet (ea uti).
Legem honorans, iuxta legem uiues.
Hoſpes ille eſt, cui ſordent mundana.
Inuidus ſeipſum mulctat. qui enim aduerſus alterũ loquitur, ſeipſum inſcius malis afficit.
16. Diuiti neq; adulare, neq; eundem irrita.
17. Vinum roborat corpus, animam autem uerbum Dei.
18. Cibis utere non dulcibus, ſed ſalutaribus.
Si conaris placere uulgo, uulgo ſimilis fias.
20. Super omnia autem mortifica corpus tuum.
21. Ille laborioſus eſt, cui non tempus ſuperat.
Ne recipito Chriſtiani hominis formã tantũ, ſed animæ potius prudentiã.
Culpam transferre in Deum non culpandum, peccatum eſt.
Aurium & linguæ magnum eſt periculum.
25. Timorem & deſiderium Dei habeto, & †puro conſcientiæ teſtimonio erga omnes utere.
26. Deum ipſum ſemper præſentem adeſſe exiſtima, in omnibus quæ agis.
Fugito laudem, & caueto uituperium.
28. Gaude quando uirtutem exerces: uerùm ne efferaris, ne quando in portu naufragium accidat.
29. Quãto magis in lege proficis, tãto magis te abeſſe à perfectione intelliges.

† Sic enim nos legimus, ut ſit datium καθαρῷ, ut conueniat cũ altero μαρτυρίῳ.

πάσης πράξεως τὸ τέλος πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐξέταζε.

νύκτωρ καὶ μεθημερίαν πρὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἐσχάτην ἀπόβλεπε.

μὴ ἀναμίγνυσο τούτῳ, ὃν παρὰ τῶν ἀγαθῶν θεωρεῖς λοιδορούμενον.

σπούδαζε μηδενὶ βλάβην, ἐν οἷς πράττεις, ἢ λέγεις, ἢ φιλοσοφεῖς γίνεσθαι.

μὴ εὐφραίνου τοῖς ἀνθηροῖς τοῦ βίου· τὸ γὰρ χόρτινον ἄνθος, ὡς ψηλαφᾶς, μαραίνεται.

ἐν τοῖς λυπηροῖς εὐχαρίστει, καὶ ὁ ζυγὸς τῶν ἁμαρτιῶν κουφίζεται.

ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἀσφαλίζου· πολλοὺς γὰρ καὶ μείζονας ἤλεγξαν.

μὴ μέμφου τὴν τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν· κοινὸν γὰρ ἐστι φάρμακον.

μίσει τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου, ἐπ' αὐτῷ δὲ τὸν θεὸν μὴ διάβαλλε.

Lege προσέχωμεν, & ſic nos reddidimus.

* προσεύχομεν ἑαυτοῖς, καὶ ἄλλους οὐ σκώψομεν· πολλὰ γὰρ ἐν ἡμῖν, ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους σκώπτομεν.

ψαλμὸς ἔστω σοι εὐχῆς ἐν τῷ στόματί σου· θεὸς γὰρ ὀνομαζόμενος, φυγαδεύει τοὺς δαίμονας.

προσευχὴ μετὰ νήψεως γινέσθω, ἵνα μὴ τὸν θεὸν αἰτῶμεν, οἷς αὐτὸς οὐκ ἀρέσκεται.

ἀεὶ μνημόνευε τοῦ θεοῦ, καὶ οὐρανὸς ἡ διάνοιά σου γίνεται.

χαλίνου τὸν ὀφθαλμόν· ὡς γὰρ οὐκ οἶδας, ῥέμβεται.

φείδου τῆς γλώττης· πολλάκις γὰρ προφέρει, ἅπερ ἄμεινον κρύπτεσθαι.

γεώργει τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου, τὴν διάνοιαν· ἐκτίλλει γὰρ τῶν λογισμῶν τοὺς πονηρούς, συνεχῶς μελετώμενος.

τὰς ἀρετὰς κρύπτε, μάρτυρας δὲ τοῦ βίου πολλοὺς κέκτησαι. (γάζονται).
μίσει τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκὸς· ῥυπαραὶ γὰρ μετὰ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ἐρ-
μόνα δίδου τῇ σαρκὶ ὅσα χρήζει λαβεῖν, οὐχ ὅσα βούλεται).

μὴ ἀγάπα τὸ ῥυπαρόν· φιλίαν γὰρ πρὸς τὸν βίον ἐμποιεῖ, ἔχθρα δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἐξ ἑκατέρου τίκτεται. (χοντας.
ἀποστρέφου τὰς ἐν τῷ βίῳ χαράς· αὕτη γὰρ ὀλισθαίνειν καὶ σκελίζει τοὺς προ-
πλοῦτον εἰ μὲν ἔχεις, σκόρπιζε· εἰ δ' οὐκ ἔχεις, μὴ συνάγε.

ὅπλον ἡγοῦ τὴν νηστείαν, καὶ τὴν προσευχὴν τεῖχος, καὶ λουτῆρα τὰ δάκρυα.

† *Præteritum paſſiuum imperatiui, uerbi* μνάομαι.

ὅσα ἐξήμαρτες, πάντα μετὰ στεναγμῶν † μέμνησο· γίνεται γὰρ ἐντεῦθεν τῇ ψυχῇ διηνεκὴς κατάνυξις.

περιποιοῦ τοὺς πτωχούς· οὗτοι γὰρ ἡμῖν τὸν κριτὴν καταλλάσσουσι.

ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινώνει· διὰ τούτων γάρ σοι κοινωνία πρὸς τὸν θεὸν γίνεται.

τὴν ἐκκλησίαν ὡς οὐρανὸν πάτει· καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ μηδὲ λέγε, μηδὲ λογίζου γήϊνον. (της μέριμναν.
ἀναγκαίαν νόμιζε τὴν αὐτάρκειαν, παραχώρει δὲ τῷ θεῷ τὴν ὑπὲρ ταύ-
κύλλα τὴν σάρκα ἀγαθοῖς πόνοις, παντελῶς δὲ αὐτὴν μὴ καταπεσεῖν φρόντιζε.

πῖνε

30. *Vniuſcuiuſq; rei finem ante initium conſidera.*
31. *Diu noctuq; ad ultimam horam reſpice.*
Ne conuerſeris iſti, quem à bonis uides culpari.
Studeas nemini damnum dare, his quæ ſeu facis, ſeu dicis, ſeu cogitas.
34. *Ne læteris floridis uitæ: flos enim gramineus, cũ attrectaueris, flacceſcit.*
35. *In triſtibus gratias age, & iugum afflictionum leue erit.*
In tentationibus ſis fortis: multos enim etiam maiorum arguerunt.
Ne incuſa Dei longanimitatem: commune enim eſt pharmacum.
Inæqualitatẽ uitæ odio proſequere, propter eam uerò Deũ ne criminator.
39. *Attendamus nobis ipſis, & alios non reprehendemus:*
30. *Multa enim in nobis ſunt, propter quæ alios taxamus.* (nas.
Pſalmus precationis ſit tibi in ore tuo: Deus enim nominatus, fugat dæmo-
42. *Oratio cum ſobrietate fiat, ne à Deo petamus, quæ ipſi non grata ſunt.*
43. *Semper recordare Dei, & cœlum ſit cogitatio tua.*
Cohibe oculum: cum enim non attenderis, circumuolitur.
45. *Parcè utere lingua: ſæpe enim profert, quæ melius fuiſſet celari.*
Meditatione legis mentem colito: extirpat enim malas cogitationes, continuè frequentata.
Virtutes tuas celato: teſtes uerò uitæ tuæ multos acquirere ſtude.
48. *Odio proſequere carnis uoluptates: ſordidam enim animam cum corpore efficiunt.*
49. *Corpori ſolum quantum indiget impende, non quantum cupit.*
Delicatè uiuere ne eligas. amorem enim huius uitæ conciliat: inimicitia autem aduerſus Deum ex utroq; naſcitur.
51. *Auerſare in uita gaudiũ: ipſum enim lubricũ eſt, & præcipitat exultantes.*
52. *Diuitias ſi habes, diſtribue: ſi uerò non habes, ne collige.*
53. *Armaturam enim ieiunium, orationem murum, & balneum lachrymas eſſe putato.*
54. *Quæcũq; iniquè feciſti, omnia cum gemitib. recordare. oritur enim hinc animæ continua compunctio.*
Pauperes foueto: ipſi enim iudicem nobis conciliant.
Inopiæ ſanctorum ſubueni: per eos enim tibi cum Deo contigit ſocietas.
57. *Eccleſiam non ſecus ac cœlum frequenta: nihilq; in ipſa ſeu loquere, ſeu cogita terrenum.*
Neceſſarium exiſtima, ſuis rebus contentum eſſe: permitte autem Deo eius rei curam.
59. *Carnem tuam debilitato bonis laboribus, penitus uerò eam non domari poſſe exiſtima.*

πῖνε τὸν οἶνον ἐλάχιστον· ὅσον γὰρ κολοβεύτῃ, ὑβρίζει τοὺς πίνοντας.

κόλαζε τὸν θυμόν· μανίας γὰρ ἐστὶ πατήρ, τὸ μέτρον ὑπερερχόμενος.

ἐν ταῖς νόσοις τῇ προσευχῇ πρὸ τῶν ἰατρῶν καὶ φαρμάκων κέχρησο.

τοὺς ἱερεῖς πάντας μὲν τίμα, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ πρόστρεχε.

ἀγάπα τοὺς θεοῦ οἴκους, οἶκον δὲ θεοῦ καὶ σαυτὸν κατασκεύασον.

εἰς τὴν ἐκκλησίαν σύχναζε· θορύβων γὰρ ἡμᾶς καὶ ζάλης ἀπαλλάττει τῶν ἔξωθεν.

ὅσα ἐν τῇ γῇ πρόσκαιρα, μὴ σε νῦν λύπει τὸ χωριζόμενον.

ὅταν σοὶ λογισμὸς ἡδυπαθείας ἐγγίνηται, ἀντίστησον αὐτῷ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνην, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσκρουσιν.

ἀσφαλίζου τὴν ἀκοήν, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη τῆς κακίας εἰσέρχονται.

ἡνίκα προσεύχῃ, τὸν λογισμὸν πρὸς θεὸν ἀνάγαγε· κἂν περισπασθεὶς κατέλθῃ, πάλιν αὐτὸν ἀνάγαγε.

* Subaudi λογισμὸς, cogitationes.

οὐ παύεται ἡ διάνοια τίκτουσα*· σὺ δὲ τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς γεώργησον.

χαῖρε τῇ ταπεινώσει· τὸ γὰρ ταύτης ὕψος πολύ, καὶ πεσεῖν μὴ δυνάμενον.

ἄσκει τοσοῦτον, ὅσον χαλάσαι τῆς σαρκὸς τὰ κινήματα· κἂν ἀσθενήσῃ, πρὸς ὑγείαν τὸ σῶμα, μὴ πρὸς τρυφὴν θεράπευσον.

τοὺς πονηροὺς τῶν λογισμῶν, λογισμοῖς ἑτέροις ἀναμόχλευε.

λογίζου τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν τὴν διηνέκειαν· καὶ πάθος οὐδέν σοι τῆς γῆς, ἢ τῶν ἐκ ταύτης τερπνῶν ἐπεισέρχεται.

ἡνίκα τι περὶ θεοῦ ἐπέρχεταί σοι νοεῖν, μὴ τὸν θεόν, ἀλλὰ σαυτόν· οὐδὲν γὰρ ἀσφαλές, ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὅπερ χωροῦμεν, ἐπέρχεται.

τὰς φαύλους ἐνθυμήσεις, σπόρον εἶναι τοῦ διαβόλου πίστευε· οὕτω γὰρ αὐτοὶ παύονται, ὁ δὲ σπορεὺς αἰσχύνεται.

a Secūda persona est paßiua, uerbi βούλομαι. quædā enim uerba in ea persona Attica consuetudine η in ει commutant.

φεῦγε τὰ πολλὰ γέλωτος· χαυνοῖ γὰρ τὴν ψυχήν· χαυνωθεῖσα δέ, τοῦ τοῦ νόμου χαλινοῦ εὐχερῶς ἀπολύεται.

εἰς ἔργα δεῖ τὴν ψυχὴν καὶ προσευχὰς μερίζεσθαι· οὕτω γὰρ οὐ πολλὰς εὑρίσκει πρὸς ἡμᾶς τὰς εἰσόδους ὁ διάβολος.

ἔργον εἶναι τοῦ νόμου τὴν ἀνάγνωσιν νόμιζε, ὅταν μετὰ τῆς γλώττης ὁ νοῦς τρυγῆσαι τι θέλων, ἐν ταῖς βίβλοις ἐργάζηται.

b. Ad uerbum, Quædam de his communia tibi fiant ad egenos. id est, cōmunia ea facies : seu, cōmunicabis cū egentibus.

ἐὰν εἰς ἔργα τὴν χεῖρα κινῇς, ἡ γλῶττα ψαλλέτω, καὶ ὁ νοῦς προσευχέσθω· ἀπαιτεῖ γὰρ ἀεὶ παρ' ἡμῶν ὁ θεὸς μνημονεύεσθαι.

πᾶσαν μὲν πρᾶξιν διὰ προσευχῆς σφράγιζε· ταύτην δὲ μάλιστα, ἐφ' ἣν τὸν λογισμὸν θεωρεῖς ἀμφιβάλλοντα.

εἰ a βούλει τὰ τῶν χειρῶν ἔργα, θεῖά σοι καὶ μὴ χοϊκὰ γίνεσθαι, b κοινά σοι τὰ ἐξ αὐτῶν γινέσθω πρὸς τοὺς χρῄζοντας.

χαῖρε

60 Vinum bibe ualde modicum. quantum enim offendit, tantum etiam corroborat bibentes.

61 Iram compeſce: inſaniam enim parit, modum excedens.

62 In morbis, oratione prius quàm medicis & pharmacis utere.

Sacerdotes omnes honora, bonis uerò tantum conuerſare.

Venerare Dei domus, domum uerò Dei etiam te ipſum effice.

In eccleſiam frequenter uenias: à perturbationibus enim & fluctuationibus exterioribus, liberare nos ſolet.

68 Quæcunq; in terra ſunt, tẽporanea exiſtũt: ne te ergo perturbet, quod tibi (aufertur.

67 Quando te uoluptatis affectus inuaſerit, oppone ipſi metum hominum, & Dei offenſam.

Munito auditũ, & oculos: per illa enim omnia, tela malitiæ ingrediuntur.

69 Cum oraueris, mentem ad Deum attolle: & etiamſi inde abſtracta deſcenderit, iterum tamen ipſam recollige.

Mens humana nõ unquã ceſſat generare (cogitationes:) tu uerò malas quidem expelle, bonas uerò colendo exerce.

Humilitate gaude: altitudo enim eius firma eſt, nec ruere poteſt.

72 Ita exerce corpus, ut compeſcas carnis motus: & ſi æger fueris, corpus cura, ut ſanitatem adipiſcatur, non ut delicijs eneruetur.

73 Prauas cogitationes alijs cogitationibus (melioribus) abige.

74 Conſidera cœleſtium bonorum decorem, & nullum te capiet deſiderium terræ, nec aliquid ex ea dulcium.

Quando tibi aliqua de Deo ſubit cogitatio, non Deum, ſed teipſum. Nihil enim tutum eſt quod modum excedit: quem ſeruare conuenit.

76 Prauas cogitationes ſemen eſſe diaboli exiſtima. ſic enim ipſæ deſinunt, ipſeq; ſeminator confunditur.

Exceſſum riſus fugito: eneruat enim animam. Anima uerò eneruata, facilè à freno legis exuitur.

In labores & orationes oportet animam partiri: ſic enim non multos in nobis introitus inuenit diabolus.

Laborem eſſe nõ mediocrẽ putato legis meditationẽ: quando mẽs ſimul & lingua cognoſcere quid uolens, in libris cum labore uerſatur.

80 Cum ad labores manum moueris, lingua pſallat, & mens oret. Exigit enim Deus, ut eius ſemper memores ſimus.

81 Omne quod agis, oratione obſignato: id uerò maximè, de quo mentem uides dubitantem.

82 Si uis manuum tuarum labores diuinos & non terrenos fieri, quædam ex ijs communicabis cum egentibus.

Gaude

χαῖρε τῇ τῶν ἁγίων ἐντεύξει· διὰ αὐτῶν γὰρ ὁ θεὸς ἐμφανίζεται.

τοὺς ἀληθῶς ἁγίους ἀπὸ τῶν ἔργων διάκρινε· ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ γνωρίζεται.

ἀεί τι κερδαίνειν ἐκ τῆς θεωρίας τῆς τῶν ἁγίων σπούδαζε· ἐπιτήρει δὲ αὐτῶν βλέμμα, καὶ σχῆμα· ἐπωφελὲς γὰρ ἑκάτερον.

ἀκακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ, καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι· ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται.

Lege κτίσαντος, cōdentis: ſeu κτήσαντος, poſſidentis, tenentis, occupantis.

οὕτως οὖν φύλαττε τὸν ναόν, ὡς τοῦ *κτήσαντος καὶ κρῖναι μέλλοντος, καὶ τὴν εἰκόνα σε τὴν ἑαυτοῦ καθαρὰν μεθοδεύοντος.

αἱ τῶν βιωτικῶν ὁμιλίαι τὸν λογισμὸν ἀπὸ θεοῦ χωρίζουσι· διόπερ αὐτοῖς μηδὲ συλλάλει, καὶ τοὺς λαλοῦντας ἔκκλινε.

ὅταν λοιδορηθῇς, σκόπει μή τι σοι τῆς λοιδορίας πέπρακται ἄξιον. εἰ δὲ οὐ πέπρακται, καπνὸν εἶναι φεύγοντα τὴν λοιδορίαν νόμιζε.

ἐν οἷς ἀδικῇ τῇ ὑπομονῇ πρόσφευγε, ἐπεὶ πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἡ βλάβη μεθίσταται.

ἡνίκα πλοῦτον ἢ δόξαν ὁρᾷς, ἢ βιωτικὴν δυναστείαν, λογίζου τὸ ἐν αὐτοῖς φθαρτόν, καὶ διαφεύγεις τὸ δέλεαρ.

καρτέρει τὰς θλίψεις· ἐν αὐταῖς γὰρ αἱ ἀρεταί, καθάπερ ἐν ἀκάνθαις ῥόδα, φύονταί τε καὶ τρέφονται.

μηδὲ εἶναι τῆς ἀρετῆς ἴσον εἰς ἀξίωμα νόμιζε· ὄψις γὰρ ἐστι θεοῦ, διόπερ ἐστι, καθὰ καὶ αὐτός, ἄτρεπτος. (νεται.

θρήνει τὸν ἁμαρτωλὸν εὐθηνοῦντα· τὸ ξίφος γὰρ αὐτῷ τῆς δίκης ἐπιτεί-

μητέρα κακῶν τὴν ῥαθυμίαν νόμιζε. ἀγαθὰ γὰρ ἃ μὲν ἔχεις συλᾷ· ἃ δὲ οὐκ ἔχεις, οὐκ ἐᾷ προσκτήσασθαι.

ὅταν φαῦλα πράττων, ἐπ' αὐτοῖς μὴ αἰσχύνεται, βαρεῖται τὸ τραῦμα, καὶ τὸ πτῶμα εἰς ἀπόγνωσιν ἔρχεται.

ὁσάκις ἀθυμεῖς, λογίζου πόσα τοῖς πιστοῖς παρεσκεύασται, καὶ ὁ καρπός σοι τοῦ πνεύματος εὐχερῶς παραγίνεται.

χρὴ τὸν πιστὸν ταπεινοῦσθαι πρὸς πάντας. τὸ γὰρ πρὸς ἐνίους ταπεινοῦσθαι, πεπλανημένην τὴν ταπείνωσιν κέκτηται.

τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης μηδὲν προτιμήσῃς, πλὴν ὅσα δι' αὐτῆς ἡ ἀγάπη πρὸς τὸν θεὸν παραβλέπεται.

μηδ' ἐνὶ παρὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ πρόσεχε, μηδὲ πρόσταττε· θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ποιεῖ τὸν αὐτοῦ τινὰ προτιμῶντα.

μὴ συνηγόρει τοῖς κακοῖς. αὐτοὺς μὲν γὰρ εἰς κακίαν ἀλείφεις, σὺ δὲ μολύνῃ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ πράγματος.

νουθέτει τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατηγόρει τὸν πταίοντα· λοιδοροῦ μὲν γάρ ἐστι τὸ δεύτερον, τὸ δὲ πρότερον διορθοῦντος.

Gaude ſanctorum colloquio: per eos enim Deus tibi manifeſtatur.

Verè ſanctos ab operibus dignoſce. Vnaquæque namq; arbor è fructu dignoſcitur.

85. *Semper lucrari aliquid ſtude ex ſanctorum contemplatione. Obſerua uerò ipſorum aſpectum & habitum: utrunq; enim perutile eſt.*

86. *Exerce puritatem in corde, & caſtitatem in corpore. Ea enim utraq; templum Dei te efficiunt.*

87. *Sic itaq; templum cuſtodi, ut Dei, qui extruxerit: & iudicare uolentis, & imaginem tuam (quæ eſt ipſius imago) purã ad regulam exigentis.*

88. *Seculariũ conuerſationes mentem à Deo ſegregant: quapropter ipſos nec alloquere, ſed alloquentes declina.*

89. *Quãdo cõuicijs peteris, cõſidera an aliqd à te factũ ſit cõuicio dignũ. Si uerò nihil à te admiſſũ fuerit, fumũ fugientẽ conuiciũ eſſe exiſtimato.*

90. *In omnibus, in quibus iniuria afficeris, ad patientiam cõfugito: et ſuper iniuriantes nocumentum deuoluetur.*

91. *Cum uides diuitias, aut gloriam, aut mundanam potentiam, conſidera labilitatem ipſorum, & effugies illecebram.*

92. *Tolera tribulationes: inter ipſas enim uirtutes, quemadmodum inter ſpinas roſæ, naſcuntur & germinant.*

Nihil cum uirtute dignitate conferendum eſſe exiſtima: imago enim Dei eſt, Ideoq; quemadmodum ipſe, immutabilis eſt.

93. *Luge peccatorem fœlicem: gladius enim iuſtitiæ ipſi imminet.*

94. *Matrem uitiorum ignauiam exiſtima. Bona enim quæ iam tenes, deprædatur: quæ uerò nondum poßides, non ſinit acquirere.*

Quando iniqua agens quis, propter ea tamẽ nullo pudore afficitur, uulnus magis exaſperat, & error ipſius tendit ad deſperationem.

96. *Quotieſcunq; triſtaris, reputa quanta bona fidelibus præparata ſint: & fructus ſpiritus facilè tibi aderit.*

97. *Decet fidelem humiliter ſe gerere erga omnes: coram quibuſdam enim tantum humiliari, fictam quandam humilitatem arguit.*

Nihil amori proximi præferas, præterquàm ea, propter quæ charitas Deũ non rectè intuetur.

Nemini contra legem Dei adhæreto, neq; auxiliator. Indignum enim facit Deum, qui ipſi præfert alium.

100. *Ne patrocineris malis: ipſos enim ad mala prouocas, tu uerò contaminaris peccati communione.*

101. *Admoneto peccantem, ne uerò accuſa errantem: alterum enim conuiciatoris eſt proprium, alterum uerò caſtigantis.*

a Ad uerbum, Quae ſanctorum ſunt: ſeu, quae ſancti ſolent facere.

ἀκούειν ἀεὶ καὶ λαλεῖν [a] τὰ τῶν ἁγίων σπούδαζε· εἰς ζῆλον γὰρ ἀγαθὸν τὴν ψυχὴν ἐρεθίζουσι.

εἰ ἐκκλησίαν κατ᾽ οἶκον ἕκαστος τὴν ἰδίαν ἔχομεν, καὶ πληροῦν ἐν αὐτῇ τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας ὀφείλομεν.

εἰ τελεῖται σύναξις ἐν ἐκκλησίᾳ, παράβαλε· εἰ δὲ μὴ τελεῖται, σὺ ψάλλων ἀποστολικὸν εὐαγγέλιον, ἄπελθε.

τὴν τῶν ἀρετῶν δόξαν ἐκ τῶν ἁγίων κατόπτευε· ἀθάνατοι γὰρ αὐτῶν αἱ δόξαι, καὶ μετὰ θάνατον γίνονται.

τὴν κακίαν τότε μισήσεις, ὅταν λογίσῃ, δαιμόνων ὅτι ἐστὶ καθ᾽ ἡμῶν στιλβωμένη μάχαιρα.

εἰ νουθετεῖς τὸν πταίσαντα, κέρασον συμπαθείᾳ τὰ ῥήματα· καὶ τὰ γὰρ ὦτα μαλάσσονται, ἡ δὲ καρδία φωτίζεται.

b Imperatiuum eſt uerbi ἐρωτάω, quaere, interroga, propone ſpiritualia.

ὅταν ἐν ἁγίοις λαλεῖς, [b] ἐρώτα τὰ τοῦ πνεύματος· ὅταν δὲ μὴ τοιούτοις λαλεῖς, οὐ ταῦτα λάλει.

τὰς πράξεις ἀεὶ τὰς ἀγαθὰς ἐπίσπευδε, μή ποτε καταλιπὼν αὐτὰς, ἡμιτελὴς ἀπελεύσῃ.

οὕτω τρέχε, ἵνα καταλάβῃς, τουτέστιν ἀπαύστως. δεῖ γὰρ τὴν ἀρετὴν τρέχειν, μέχρις ἂν διέλθωμεν τοῦ βίου τὸ στάδιον.

μὴ γίνου περὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν ὀλίγωρος· τοῖς γὰρ τοιούτοις ὁ κόπος ἀκερδὴς, ὑπὲρ κόπον προστίθεται.

τὴν ὑπομονὴν καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης ἄσκει, ὅπως αὐτὴν εὕρῃς καὶ ἐν τῇ ἀνάγκῃ τὴν πανοπλίαν ἕτοιμον. (λεῖται.

μάχου τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ λέγε πρὸς αὐτοὺς ὅσα τῷ νόμῳ λα- σπουδῇ πολλῇ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ τοῦ βίου μετάστρεψον· καπνὸς γὰρ ἐξ αὐτοῦ πονηρὸς, θολῶν τὴν ψυχὴν ἀναδίδοται.

εἰ φαύλῃ τινὶ συνηθείᾳ κεκράτησαι, κατὰ μικρὸν ἀπότεμνε· καὶ κόπου πολλοῦ χωρὶς, τῆς ψυχῆς ἐκβαλεῖς τὴν ἄκανθαν.

c Pro τούτου. articuli enim praepoſitiui ſaepe pro demonſtratiuis uſurpantur

καθαρὸν ὄντα τὸν θεὸν, καθαρῶς ἀγάπα· καὶ [c] τοῦ μὲν πάντων, πάντα δεύτερα νόμιζε.

εἰ θέλεις εἶναι ναὸς θεοῦ, θυσίαν ἐνδελεχισμοῦ τῆς προσευχῆς αὐτῷ τὴν διηνεκῆ πρόσφερε.

τὸν ἀμελῶς βιοῦντα, μὴ προσλάμβανε σύμβουλον· ὁ γὰρ τοῖς κακοῖς χαίρων, ἀγαθὰ καὶ μισεῖν καὶ συμβουλεύειν οὐκ ἀνέχεται.

πάσης ἀπέχου φθορᾶς, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε· οὕτω γὰρ Χριστοῦ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον γίνεται.

ἐν οἷς παιδεύῃ παρὰ θεοῦ, μὴ γόγγυζε· παιδεύει μὲν γὰρ ὡς πατὴρ, εὐχαριστεῖσθαι δὲ ὡς εὐεργέτης ἐστὶν ἄξιος.

ὅταν ἀτιμασθῇς, χαῖρε· εἰ μὲν γὰρ ἀδίκως, ὁ μισθὸς πολύς· εἰ δὲ δικαίως, ἐὰν σωφρονῇς, ἐκουφίσθης τῆς μάστιγος.

σκιᾶ

102. *Semper audire & loqui ſtude, quæ ſancta ſunt: ad bonum enim zelum animam extimulant.*

Quandoquidem domi noſtræ, Eccleſiam, *mentem quiſq; ſuam, habemus: peragere etiam debemus in ipſa, Eccleſiæ ſacrificia.*

Si peragitur congregatio in Eccleſia, & tu adeſto: ſi uerò non peragitur, tu pſallens apoſtolicum Euangelium abito.

Virtutis gloriam ſanctorum aſpicito: ipſorum enim gloria immortalis eſt, etiam poſt obitum.

106. *Tunc malitiam maximè oderis, quando cogitabis quòd dæmonum ſit fulgurans contra nos gladius.*

107. *Si peccantem admones, miſce compaſsionis uerba: & aures emollientur, cor uerò illuminabitur.*

Cum inter ſanctos loqueris, quæ ſpiritus ſunt loquere: ſi uerò talibus non loquaris, de iis ne loquaris quicquam.

Semper bonas actiones urge, ne quando relictis illis ſemiperfectus abeas.

110. *Sic curre, ut aſſequaris ſcopum: hoc eſt, indeſinenter. Oportet enim (iuxta) uirtutem uiuere, donec uitæ ſtadium exuperemus.*

Ne ſis in ſtudio mandatorum Dei negligens: talibus enim labor inanis, laborem ſuper laborem aggerit.

112. *Patientiam etiam antequam neceſſe eſt exerce, ut ipſius armaturam paratam inuenias, etiam in neceſsitate.*

Improbis reſiſte cogitationibus, & reſponde ipſis quæ in lege dicuntur.

Diligentia multa oculos à uita hac abſtrahe: fumus enim pernicioſus ex ipſa ueniens, turbidam reddit animam.

115. *Si conſuetudine aliqua mala detentus fueris, paulatim eam reſcinde: & ſine ullo negocio ab anima ſpinam eradicabis.*

116. *Deum purum exiſtentem, purè quoq; dilige: & præ eo, in omnibus omnia ſecundo loco habenda eſſe exiſtimato.*

117. *Si uis eſſe templum* Dei: *ſacrificium aſsiduitatis, aſsiduam ſcilicet orationem, aſsiduè ipſi offeras.*

Negligenter & prauè uiuentem ne accerſas conſultorem: malis enim gaudens, bona ſimul odiſſe, & conſulere eadem non poteſt.

119. *Ab omni corruptione abſtine, & myſticæ cœnæ omni die particeps fias: ſic enim Chriſti corpus noſtrum fieri incipit.*

120. *In omnibus quando à Deo corriperis, ne murmura: caſtigat enim ut pater. ideoq; ut benefactor dignus eſt, ut gratiarum actione celebretur.*

121. *Si ignominia affectus fueris, gaude. ſiquidem enim iniuſtè, merces tua copioſa erit: ſi uerò iuſtè, & ſi reſipueris, iam liberatus es à flagello.*

σκιᾷ καὶ τροχῷ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου καὶ τὰ φαιδρὰ παράβαλλε. ὡς γὰρ σκιὰ οὐ μένει, καὶ ὡς τροχὸς κυλίεται.

ἀεὶ προκόπτειν κατὰ θεὸν σπούδαζε. ὁ γὰρ μικρῷ ἐπὶ μικρὸν προστιθεὶς, πλοῦτον καλὸν κατὰ βραχὺ συλλέγει, παρὰ πάντων ζητούμενον.

* Pro βούλῃ, ut ſuprà, Attica conſuetudine.

εἰ * βούλει τῆς κολάσεως ἐκφυγεῖν τὸ ἐπίπονον, μηδένα ποτὲ λοιδορήσῃς· ἐκ τούτου γὰρ τὸ θεῖον παροξύνεται.

εἰ θέλεις ἐκ τοῦ οἴκου σου ἀποδιῶξαι πᾶσαν μάστιγα, μὴ κακολογήσῃς ὁμόφυλον ἄνθρωπον· ὁ γὰρ ποιήσας αὐτὸν, εἰκότως παροξύνεται.

εἰ θέλεις πάσης ἁμαρτίας ἀνώτερον εἶναι, πράξεις ἀλλοτρίας μὴ καταμάνθανε· πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν σοὶ, ἀφ' ὧν ἕτερον ὑπολαμβάνεις.

φεῦγε τὴν ὑπερηφανίαν, ὦ ἄνθρωπε, κἂν πλούσιος ᾖ, μή ποτε τὸν θεὸν ἀντιτασσόμενον ἕξεις.

Φίλει τὴν ταπεινοφροσύνην, κἂν μέγας ὑπάρχῃς, ἵνα ὑψωθῇς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον, καὶ μῶμον οὐχ ἕξεις ἐν πάσῃ ζωῇ σου.

ὅταν ἐν ἐκκλησίᾳ ὑπάρχῃς, μὴ μετεωρίζου· ἐνώπιον γὰρ βασιλέως οἱ ἑστῶτες, οὔτε γελῶσιν, οὔτε μετεωρίζονται.

μὴ καταφρόνει τῆς ζωῆς σου, καὶ ἀδιαφόρως πράττε παρὰ τὸν νόμον, ἵνα μὴ παρὰ νόμον τὴν ἀπώλειαν ἕξεις.

μετὰ πάσης ἀσφαλείας μνημόνευε τῶν εἰρημένων, ἵνα σε λαμπρὸν τοῦ βίου ἀναδείξωσιν.

ζήλωσον βίον σεμνὸν, ἵνα ἔχῃς παῤῥησίαν ἐπιστρέφειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

ἀσφαλίζου τὴν αὐθάδειαν, μὴ ἐπιπλήξῃς τινὶ, ἵνα μὴ κατακριθῇς ὡς ὑψηλοφρονήσας.

μὴ γελάσῃς ἐπὶ πτώματι ἑτέρου, ἵνα μὴ γελασθῇς ὑφ' ὧν οὐ θέλεις.

φύλαττε τὰς προκειμένας ταύτας, ἵνα στέφανον δόξης προξενήσωσί σοι.

γίνου ἐγκρατὴς τῶν ἐντολῶν τούτων, ἵνα προσάξωσί σε ἐμφανῆ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ εὐάρεστον τῷ θεῷ· οὕτω γὰρ ἥδεται τὸ θεῖον, καὶ τοιούτοις κατορθώμασι θεραπεύεται ὁ θεός.

ἀεὶ προκόπτειν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις σπούδαζε· ὁδὸς γὰρ εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγὴ, ἀγαθή τε καὶ σύντομος.

χρὴ τὸν ἐπιθυμοῦντα τῶν ἀφθάρτων, αὐτὸν οὐδενὸς ἡγεῖσθαι τὰ φθειρόμενα.

εἰ τὴν ζωὴν τὴν ὄντως ποθεῖς, προσδέχου ἀεὶ τὸν ἀνθρώπινον θάνατον. μίσει τὸν παρόντα βίον· ὁρᾷς γὰρ τὸν τροχὸν ἀπαύστως κυλιόμενον.

μὴ ποθήσῃς ἀγαθὰ ὧν ἡ χρῆσις παρέρχεται, καὶ ἡ κτῆσις ἀπόλλυται.

Vmbræ & rotæ, & triſtia & læta huius uitæ compara. nam quemadmodum umbra non manent, & ut rota uertuntur.

Semper proficere in Deo conare: modicum enim modico addens, breui colliget diuitias ab omnibus expetitas.

Si uis ſupplicij effugere moleſtiam, neminem unquam conuicijs afficies. eo enim Deus exaſperatur.

Si uis è domo tua expellere omne flagellum, ne maledictis inceſſas contribulem hominem: qui enim ipſum creauit Deus, meritò ad iram prouocatur.

Si omni peccato uis eſſe ſuperior, res alienas ne curioſe inquirito: multa enim in te ſunt, de quibus alium ſuſpectum habes.

127. Superbiam fugito ô homo, etiamſi diues ſis: ne fortè Deum aduerſum tibi habeas.

128. Dilige humilitatem, etiamſi magnus ſis: ut exalteris in die iudicij.

Ne cauillis petas hominem, & reprehenſionem non incurres in omni uita tua.

130. Cum exiſtis in eccleſia, ne eleueris: coram rege enim ſtantes neq; rident, neq; ſuperbiunt.

131. Ne negligenter habeas uitã tuam, nec temerè contra legem facito: ne contra legem faciens, perniciem incurras.

Memor ſis horũ præceptorũ cum omni ſtudio, ut te clarũ in uita reddant.

Puram æmulator uitam, ut habeas liberam poteſtatem increpandi peccantes.

134. Abige à te contumaciam, neq; increpa quenquam (temerè) ne condemneris ut arrogantia inflatus.

135. In alterius infortunio ne rideas, ne ridearis à quibus non uelis.

Obſerua admonitiones iſtas, ut coronam tibi gloriæ concilient.

Sis obſeruans horum præceptorum, ut te clarum efficiant hominibus, & acceptum Deo: ſic enim gaudio afficitur Deus, & huiuſmodi operibus colitur Deus.

138. Semper proficere in bonis operibus ſtudeto: uitæ enim fuga, uia eſt ad uirtutem bonaq; & compendiaria.

139. Oportet incorruptibilium deſiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptioni obnoxia.

140. Si uitam quæ uerè uita eſt deſideras, expecta ſemper mortem humanam, & odio proſequere uitam præſentem. Vides enim, quòd rota indeſinenter uoluatur.

141. Ne appetas bona quorum uſus præterit, & poſſeſſio perit.

a Lege εὐπρα- γοῦντας, verbi εὐπραγία.

γέλα σὺν a πραγοῦντας, τοῖς δυσπραγοῦσι συμπάσχε· τοῦτο μὲν μιαρὸς, ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας προέργον.

τὴν ἀκτημοσύνην ἄσκει, οἵαν αὐτὴν ἔγνως γυμνασθεῖσαν τοῖς μάρτυσιν· ἐπειδὴ τὸ τῆς συνειδήσεως μαρτύριον ἡμεῖς ἀπαιτούμεθα.

πάντων προτίμα τὴν ψυχὴν, καὶ τῆς ἀρετῆς ὁ δρόμος ἀκαμάτως ἀνύεται.

πάντα μὲν φθαρτὰ, ἡ ψυχὴ δὲ ἀθάνατος· προτιμᾶσθαι τοίνυν τὰ ἄφθαρτα τῶν φθαρτῶν δίκαιον.

ἑτοιμάζου πρὸς τὰ λυπηρὰ, καὶ κερδαίνεις τὰ πλείονα.

μὴ ζήτει παρὰ τοῦ θεοῦ τὰ ἡδέα, μόνα δὲ τὰ συμφέροντα· ἐκεῖνα γὰρ αἰτηθεὶς, οὐ δίδωσιν· εἰ δὲ καὶ λάβοις, φθείρονται.

μὴ μέμφου τὴν πενίαν· ἀπερίσπαστον γὰρ τοῦ νόμου τὸν ἀθλητὴν ἀπεργάζεται.

μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πλούτῳ· αἱ περὶ αὐτῶν γὰρ φροντίδες χωρίζουσιν ἀπὸ θεοῦ, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀνθρώπων.

ἐγγὺς τὸ τέλος, ὁ ῥαθυμῶν, ἑτοιμαζέσθω πρὸς μάστιγας. οὐ μακρὰν τὸ θέρος· ἀκανθῶν τοίνυν τὸν ἀγρὸν τῆς ψυχῆς ἀπαλλάξωμεν.

οὐδὲν λανθάνει τὸν κριτὴν, ὥστε μάτην λανθάνοντες ἁμαρτάνειν σπεύδομεν.

πρὸ τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνου τοὺς ἀγγέλους· πολλοὶ γὰρ ἡμῖν πάρεισιν, καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἀποχοινίζουσι πράξεως.

μερίμνα τοῦ κριτοῦ τὸν ζυγὸν, καὶ πᾶν ἔτι ἐπικίβδηλον τῆς βιωτικῆς πείρας ἔκβαλλε.

ζημίαν εἶναι τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἄνεσιν νόμιζε· καὶ σπούδαζε πράττειν, ὧν ἀπαιτεῖσθαι μέλλομεν.

ἀεὶ τοῦ βίου λογίζου τὸ ἀβέβαιον, καὶ οὐδέν σε τῶν ἐν αὐτῷ περισπᾶσαι δυνήσεται.

τὰ φαιδρά σε τῆς γῆς μὴ τερπέτω τὰ πρόσκαιρα· ἄγκιστρα γάρ ἐστι, τὴν ψυχὴν ὡς ἰχθὺν σαγηνεύοντα.

ἀπέχου οὖν πειρασμοὺς εἰσελθὼν δὲ, τὴν ἀνδρείαν ἐπίδειξε· μή ποτε πτωχὸν παρίδῃς δακρύοντα, ἵνα μὴ παροφθῇ τῆς εὐχῆς σου τὸ δάκρυον.

b Lege εἶναι, verbi εἰμὶ, τὸ ὑπάρχω, seu εἶμι, τὸ πορεύω vado.

ἡ φιλοσοφία χρῆμα τοῖς ἀνθρώποις ἐξαίρετον. ὅστε δὲ μονογενής, μόνη μόνον b συνῆναι τῷ κεκτημένῳ βούλεται. (ἐνδύοντος.

χιτῶνα ἡ ἀρετή ἐστι τοῦ θεοῦ· ταύτην ὕφαινε, καὶ γίνου στολιστὴς τῆς τοῦ κτίσιν ὅσα μὲν ἐπὶ γῆς κλέπτεται, τὰ κατ' οὐρανὸν ἐργάζου· ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς τῶν συλώντων δακτύλους οὐκ εἰσέρχεται.

παραιτεῖσθαι δεῖ τὸ τρυφᾶν· ἕλκει γὰρ εἰς πράξεις, ἀφ' ὧν στεναγμοὶ μετὰ τὴν τέρψιν γίνονται.

142 *Fœliciter agentes ride, infœlicibus uerò condole: alterū enim fœlicitatis merces eſt, alterum uerò philoſophiæ eſt documentum.*

Patientiam exerce, quemadmodum ipſam cognouiſti exercitatam martyribus: quandoquidē cōſcientiæ teſtimonio etiā nos examinabimur.

Omnibus rebus præferas animam, & ſic uirtutis curſus ſine defatigatione perficitur.

Omnia ſunt corruptioni obnoxia: anima uerò immortalis eſt. Incorruptibilia ergo præferre decet corruptibilibus.

146. *Præpara te contra aduerſa, & lucraberis inde plurima.*

147. *Ne petas à* Deo *dulcia, ſed ſola tibi ſalutaria: illa etenim rogatus nō donat. quòd ſi ea acceperis, nocumentum tibi afferunt.*

148 *Ne accuſes paupertatem: conſtantem enim legis athletam efficit.*

149. *Ne læteris diuitijs: curæ enim quæ ipſis impenduntur, à Deo ſeparant utplurimùm, & præter hominum expectationem.*

Propè eſt finis: ignauiæ deditus paret ſe ad ſupplicium. nō longè abeſt meſſis: à ſpinis itaq; agrum animæ liberemus.

Nihil iudicem latet: fruſtra ergo peccare conamur, ut lateamus iudicem.

152 *Reuerere angelos magis quàm homines: multi enim nobis adſunt, & ab omni turpi actione recedunt.*

Meditare ſententiam iudicis: & abige à te omne ſi quid tibi adhæret adulterinum, mundanæ uerſutiæ.

154 *Damnum eſſe ocium & ſegniciem exiſtimato: ſemperq; aliquid peragere ſtudeto, quorum rationem poßimus reddere.*

155. *Semper uitæ conſidera inconſtantiam: & nihil quod in ea uſuuenerit, animum tuum diuerſe trahere poterit.*

156. *Læta uitæ huius fluxa ne te oblectent: hami enim ſunt, animam ut piſces irretientes.*

157. *Arce tentationes, tentatus uerò fortitudinem præſta: nec unquam pauperem deſpicias lachrymantem, ne contrà deſpiciatur orationis tuæ lachryma.*

Philoſophia hominibus res eſt eximia: unigenita uerò exiſtēs, ſola ſoli uult coire poſſeſſori.

Virtus Dei *indumentum eſt: hanc contexe, & ornaberis ſtola* Dei *naturam humanam induentis.*

160. *Quæcunq; in terra furto auferri poſſunt, fugito, & acquirè cœleſtia: ea enim in prædantium digitos non perueniunt.*

161 *Delicatè uiuere, fugere oportet: ad opera enim rapit, ex quib. gemitus poſt ſobrietatem oriuntur.*

Cogita-

a pro ὅ τινος, ab ὅστις articulo ſubiunctiuo compoſito, cum indefinito τίς.

τοὺς λογισμοὺς ἄμεινον τοὺς φιλοσάρκους βδελύττεσθαι· φθείρουσι γὰρ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν μολύνουσιν.

οὐδὲ τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ χωρὶς κόπου ἀνύεται. ἀνθ' [a] ὅτου τοίνυν τὰ οὐράνια, διὰ τὸν μόχθον ἐκκλινόμεθα;

b Secunda perſona eſt paſſ. uerbi βούλομαι. Quidam enim in ea perſona ει in η commutant.

εἰ [b] βούλει τὴν ἀρετὴν ἐκτὸς κόπου ἐργάζεσθαι, λογίζου τὸν κόπον πρόσκαιρον, τὸν δὲ μισθὸν αἰώνιον.

c Præteritũ eſt med. uerbi προστήκομαι.

ὅσοι πρὸς τὰς ἡδονὰς τὰς ἀτόπους [c] προστετήκασι, τῆς ἀπολαύσεως τὸ βαρὺ, καὶ τῆς τιμωρίας τὸ μακρὸν λογιζέσθωσαν.

ὅσον ὁ βίος ῥυπαρὸς, κτηνώδης εἰκότως ἡ ψυχὴ, καὶ πενθεῖν ὡς τὸ λογιστικὸν ὑφ' ἑαυτῶν ζημιωθέντες ὀφείλουσι.

πάντα νόμιζε φθαρτὰ, καὶ τὴν ἀρετὴν ἄφθαρτον.

ἀμέλει τῶν ἄλλων ὅσα κτηνώδη κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον· ἐργάζου δὲ ταῦτα, ὅσα σε οὐράνιον ἀναδεῖξαι δύνανται.

ἐπιμελοῦ τῆς ἀρετῆς· αὕτη γὰρ διὰ φιλοσοφίας νέον Ἀδὰμ ἀναδείκνυσιν.

d Articuli in diuiſionibus & diſtributionib. ſæpè adhibentur, partim, cum & ũ ſignificantes.

εἰ κρατεῖς γαστρὸς, κράτει καὶ γλώσσης, ἵνα μὴ [d] τὸ μὲν ὑπάρχεις δοῦλος, τὸ δὲ τυγχάνεις ἀνόητος ἐλεύθερος.

ἀγάπα τὸν θεὸν, ὑπὲρ αὐτὸν δὲ τοὺς οἰκείους μὴ πρόσπασχε· μή πως αὐτοῦ παρὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν εὑρεθῇς, ὡς οὐ θέλεις, ἀνάξιος.

καρτέρει τὰς θλίψεις· ἐν αὐταῖς γὰρ τοῖς ἀθλοῦσιν οἱ στέφανοι.

μακάριον τὸ πάσχειν κακῶς, τὸ ποιεῖν δὲ τρισάθλιον· τοῦ Χριστοῦ γὰρ κληρονόμος ὁ πάσχων, τοῦ δὲ διαβόλου ὁ ποιῶν συγκληρονόμος.

καλὸς ὁ τῆς νηστείας ἄρτος, ἐπειδὴ τῆς ζύμης τῶν ἡδονῶν ἐστιν ἐλεύθερος.

ἅγιος ὁ τῆς προσευχῆς βωμός· ἕλκει γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων, ἁγίως.

μὴ δόκει τὴν δικαιοσύνην ἀρετῶν εἶναι πάρεργον· ταύτης γὰρ χωρὶς, πᾶσα πρᾶξις ἀκάθαρτος.

εἰ σπείρεις πτωχοῖς, τὰ σαυτοῦ σπεῖρε· τὰ γὰρ ἀλλότρια ζιζανίων πικρότερα.

e Ad uerbum, nihil tibi & terræ. pro, nihil tibi cum terra. ſic enim ipſi loquuntur, τί ἐμοὶ καὶ σοί, quid mihi & tibi: id eſt, quid mihi tecũ rei eſt, quemadmodum apud authores Græcos multa ſunt exempla.

τυφλὸς ἐστὶν ὁ ἐλεήμων, εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος, γεωργῶν ἀγρὸν, ὃν θεωρῆσαι οὐ δύναται.

προσδόκα μὲν ἀεὶ, μὴ φοβοῦ δὲ τὸν θάνατον, ἀληθὴς χαρακτὴρ φιλοσοφίας ἑκάτερον.

σχημάτιζου τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὅπως ἀπατήσῃς, ἀλλ' ὅπως ὠφελήσῃς τοὺς βλέποντας.

λέγειν χρὴ καλὰ, καὶ τὰ μὴ καλὰ πράττοντα, ὅπως ἄρξηται τῶν ἔργων τοὺς λόγους αἰσχύνεσθαι.

εἰ τὸν οὐρανὸν ποθεῖς, [e] μηδέν σοι καὶ τῇ γῇ· οὐκ ἐᾷ γὰρ αὕτη πρὸς ἐκεῖνον ἀνίπτασθαι.

162. *Cogitationes carnales ſatius eſt abominari: corrumpunt enim corpus, & animam polluunt.*

163. *Neq; terrena bona ſine laboribus parantur: cuius gratia igitur cœleſtia, propter laborem declinamus?*

164. *Si uis uirtuti citra laborem ſtudere, cogita laborem temporaneũ eſſe, mercedem uerò æternam.*

165. *Qui ad uoluptates obſcœnas colliqueſcunt, cogitent illi uoluptatis breuitatem, & pœnæ magnitudinem.*

166. *Si uita eſt ſordida, beſtialis eſt ſine dubio anima: debentq; lugere rationẽ homines, à ſe ipſis pœnis affecti.*

Omnia corruptioni obnoxia eſſe putato: ſolam uerò uirtutem incorruptibilem exiſtere.

168. *Neglige alia omnia quæ beſtialem efficiunt hominem: ea uerò perage, quæ te cœleſtem habere originem oſtendere poſſint.*

169. *Operã da uirtuti: ipſa enim per philoſophiã nouũ Adamum te cõſtituet.*

170. *Si uentri imperas, impera quoq; linguæ: ne tum ſeruus exiſtas uentris, tum etiam liber ſis ſtolidè.*

Deũ dilige: ſuper ipſum uerò domeſticos ne colloces: ne fortè iuxta ipſius uocem ipſo indignus, cum non uis, inueniaris.

172. *Fortiter perfer afflictiones: coronæ enim horum ſunt, qui in eis certamen ſuſtinent.*

173. *Res eſt beata, malis affici: inferre uerò, miſerrimũ. qui enim patitur, Chriſti hæres: faciens uerò, diaboli cohæres eſſe creditur.*

Bonus ieiunij eſt panis: quandoquidem à uoluptatis pane immunis exiſtit.

Sancta eſt orationis ara: pertrahit enim ad nos ſanctè, ſanctum ſanctorũ.

Ne putes iuſtitiam uirtutis eſſe parergon. Nam ſine ipſa omne opus immundum eſt.

Si ſeminaueris pauperibus, quæ tua ſunt ſerito: aliena enim zizanijs ſunt amariora.

Cæcus eſt miſericors, ni exiſtat etiam iuſtus: colens agrum, quem contemplari non poteſt.

179. *Expecta ſemper, nec uerò metue mortẽ: utrunq; enim uerum philoſophiæ ſignum eſt.*

Virtutem colito non ut decipias, ſed ut iuues uidentes.

181. *Honeſta loqui decet, etiam non honeſta facientem: ut incipiat eum pudere uerborum, quibus opera turpia ſignificantur.*

182. *Si cœlum deſideras, nihil tibi in terra ſit negotij: non enim ſinit ipſa ad cœlum euolare.*

a Vt ames pauperes, ſis amator paupertatis, ad uerbum.

b Pro ἔνεστι. præpoſitiones cum tranſpoſito accentu fiunt aduerbia, ut ἄνα pro ἀνάστηθι, ἔπι pro ἔπεστι, etc. quæ in Grammaticis libellis traduntur.

μὴ βούλου πλουτεῖν· [a] φιλοπτωχείας γίνου· ἐὰν γὰρ δικαίων ἐλεῶν ὁ θεὸς νομοθετεῖ τὸν δίκαιον.

εἰ ποτήριον ψυχροῦ δικαιοῖ τὸν οἰκτίρμονα, πόσην τις ἀμοιβὴν τὸν πάντα σκορπίζοντα τοῖς πτωχοῖς διαδέχεται;

μήτηρ τῶν ἀρετῶν, ἁγνεία καὶ συμπάθεια· οὐ τοίνυν [b] ἔνι τὸν χριστοῦ δίχα ταύτης ἢ ἐκείνης στρατεύεσθαι.

μὴ ἀμέλει τῆς συμπαθείας· αὕτη γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἀπ' αὐτὴν ἐξ οὐρανοῦ κατήγαγεν.

μὴ καταφρόνει τῆς ἁγνείας· τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς ὄργανον, τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα τοῖς ἀνθρώποις παρέστησε.

μὴ εἴπῃς, στήσομαι τὸν ἐχθρόν· κριτὴν γὰρ δίκαιον ἐν οὐρανῷ κεκτήμεθα.

μὴ βούλου τρυφᾷν, μὴ πλουτεῖν, μὴ δοξάζεσθαι· φθορὰ γὰρ ταῦτα τοῦ βίου, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν οἱ φθειρόμενοι.

ἐπὶ νεκρῷ μὴ θρήνει· κοινὴ γὰρ ἡ ὁδὸς, ὁ δὲ φθάνων μακάριος.

τὸν ἁμαρτάνοντα πένθησον, οὐχὶ δὲ τὸν πτωχεύοντα· στεφανοῦται γὰρ οὗτος, ἐκεῖνος κολάζεται.

γέλα μὲν τοῦ βίου τὸν τροχὸν, ἀτάκτως κυλιόμενον· φυλάττου δὲ τὸν βόθρον, εἰς ὃν κυλίει τοὺς ἐν αὐτῷ νυστάζοντας.

λάλει τῷ θεῷ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὀλίγα, τῇ μελέτῃ δὲ τοῦ νόμου κατορθώσεις ἑκάτερα.

λουτὴρ ἀγαθὸς ψυχῇ, τῆς προσευχῆς τὸ δάκρυον· ἀλλὰ μετὰ τὴν προσευχὴν, μέμνησο τίνος χάριν ἐδάκρυσας.

τοὺς δυνάστας τοῦ βίου μὴ μακάριζε· δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται, ὅθεν αὐτοὶ τὸν κριτὴν αὐστηρότερον ἕξουσιν.

δεῖ πονεῖν τὸν Ἀδὰμ, ἡμεῖς δὲ πονοῦντες ἐν τῷ νόμῳ τὴν ἀμοιβὴν κερδαίνομεν.

ἀνάγκη τοὺς ὄντας τοὺς κληρονόμους θλίβεσθαι, ἀλλ' ὅταν εὐχαρίστως τὰς θλίψεις ὑπομένωμεν, εἰς εὐλογίαν ἡμῖν ἡ κατάρα μεταστρέφεται.

λύχνῳ πρὸς τὰς πράξεις τῷ συνειδότι κέχρηται. τοῦτο γάρ σοι ποίας μὲν ἐν βίῳ ἀγαθὰς, ποίας δὲ πονηρὰς ὑποδείκνυσιν.

ἑαυτοὺς κρίνομεν, καὶ ὁ κριτὴς καταλλάσσεται· χαίρει γὰρ ὡς ἀγαθὸς τὸν ἁμαρτωλὸν θεωρῶν, τὸ φορτίον αὐτοῦ σκορπίζοντα.

εἴ τι ῥυπαρὸν ἡμῖν πέπρακται, τῇ μετανοίᾳ πλύνωμεν· μέλλομεν γὰρ καθαρὰν τὴν εἰκόνα μεθοδεύεσθαι.

c Aor. b. paſſ. particip. uerbi συμπλέκομαι, quod ε in α mutetur in hoc tempore.

πρὶν γυμνωθῆναι τὰ ἕλκη τῆς ψυχῆς θεραπεύσωμεν, ἵνα κερδαίνωμεν τοῖς φαρμάκοις τὰς μάστιγας.

ὥσπερ δυσχερῶς οἱ δεσμῶται βαδίζουσιν, οὕτω τὸν δρόμον τῆς ἀρετῆς οἱ [c] συμπλακέντες τῷ βίῳ, καθαρὸν οὐκ ἀνύουσιν.

Ne uelis malis artibus diteſcere, ut pauperum ſis ſubleuator: de iuſtè parè tis enim iubet Deus miſereri iuſtum.

184. Si poculum frigidæ aquæ iuſtificat miſericordem: quanta putas retributio expectat, diſtribuentem omnia pauperibus?

185. Mater uirtutum eſt caſtitas, & compaßio: non itaq; licet Chriſto militare ſine hac uel illa.

Ne negligas compaßionē: ipſa enim bonū Dominū è cœlo nobis detraxit.

187. Ne contemnas caſtitatem: nam illius organum, propter nos incarnatum Chriſtum exhibuit.

188 Ne dicas, Vlciſcar hoſtem: iuſtum enim iudicem in cœlo habemus.

189. Nec uelis delicatè uiuere, nec diteſcere, nec gloriæ cupidus eſſe: corruptio enim hæc ſunt uitæ, nos uerò non ſumus corruptibiles.

190. Propter mortuum ne lugeas: communis enim uia eſt, beatus uerò qui præceßit.

191. Peccantem luge, non uerò pauperem exiſtentem: coronatur uerò iſte, ille uerò plectitur.

Ride rotam uitæ ſine ordine rotatam: caue uerò foueam, in quam deuoluit dormientes in ipſa (uita).

193. Loquere Deo multa, & hominibus pauca: legis uerò meditatione utraque rectè diſpones.

Balneum bonum eſt animæ, orationis lachryma: uerùm cum oratione memor ſis, cuius gratia lachrymas fuderis.

Principes uitæ ne beatos prædica: potentes enim cum ſint, potenter quoq; præerunt. Vnde ipſi etiam iudicem auſteriorem habebunt.

Oportet laborare Adami filios: nos enim laborantes in lege, retributionē lucrabimur.

197. Neceſſe eſt Euæ filios affligi: uerùm quando patienter afflictiones ſuſtinuerimus, in benedictionem nobis uertitur maledictio.

198. Conſcientia pro lucerna utere in actionibus. Ea enim quæ in uita bonæ ſint actiones, quæ uerò malæ, tibi oſtendit.

Nos ipſos iudicemus, & iudex placabitur: gaudet enim ut bonus, peccatorem conſpicatus, onus ſuum diſcutientem.

200. Si ſordidum quid à nobis commiſſum eſt, pœnitentia id lauemus: debemus enim puram noſtram imaginem ut regulam imitari.

Priuſquam uidentur animæ hulcera, ea curabimus: ut lucremur ijs pharmacis pœnam.

Quemadmodum uincti difficulter incedunt: ſic curſum uirtutis purū haud abſoluunt, uitæ negocijs impliciti.

χρὴ τὴν ἁμαρτίαν μισεῖν· οὕτω γὰρ αὐτῆς τὴν παγίδα, κἂν ὀλισθήσας τις πρὸς αὐτὴν, ἐξελεύσεται.

ὁ δὲ μισῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ἁμαρτωλοῖς, εἰ καὶ μὴ πράττει τὴν ἁμαρτίαν, κρίνεται.

ὑπὲρ τοῦ πλησίον ἁμαρτάνοντι στέναζε, ἵνα καὶ σεαυτὸν στενάξῃς. πάντες γὰρ ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις καὶ ἁμαρτίαις ὑπεύθυνοι.

ἀναμιμνήσκε τοῦ κριτοῦ τὸν φίλον ἁμαρτήσαντα, καὶ τὸ σὸν ἐμπλάττεις τραῦμα· κοινὸν γὰρ ἐστὶ τῆς βουλῆς τὸ φάρμακον.

λέγειν τι μέλλων, ἢ πράττειν, τῆς μετὰ μικρὸν ἀπολογίας φρόντιζε, καὶ σωφρονήσεις ὑπὸ φόβου διορθούμενος.

τῆς ἁμαρτίας τὴν τιμωρίαν φοβοῦ, τὴν αἰσχύνην δὲ νάρκα· τὸ χαλεπὸν γὰρ ἵνα τρώθῃ ἄμετρον.

τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ πλῆθος ἄπειρον.

πάντα σκιὰ, καὶ καπνὸς, καὶ πομφόλυγες.

μὴ σπεῖρε πονηρά· τὸ γὰρ θέρος ἐγγὺς, καὶ τὸ πῦρ τῶν [b] γεωργῶν τῶν ἀγαθῶν ἐκδέχεται.

ῥόδα τοῦ βίου ὑπόκειται, πλεονεξίαι, ὑπὸ φιλήδονοι· ἀλλὰ μικρὸν καρτέρει, καὶ τὸν χόρτον θεωρεῖς πατούμενον.

πᾶσα πονηρὰ πρᾶξις, ὁπλίζει τὸν διάβολον· ὁπλισθεὶς δὲ, χαλεπῶς τοῖς ὁπλίταις κέχρηται.

εἰ βούλει τὸν ἐχθρὸν ἀδικεῖν, τὴν ἁμαρτίαν περίκοπτε· γυμνὸς γὰρ [c] ὢν ὅπλων, ὡς στρουθίον ἐμπαίζεται.

οὐαὶ τῷ ἀσεβεῖ· ὅταν πάντες φωτίζονται, τότε μόνος σκοτίζεται.

οὐαὶ τῷ βλασφήμῳ· δαπανᾶται ὑπὸ τὴν γλῶσσαν, καὶ πῶς ἀπολογεῖσθαι τῷ κριτῇ οὐ δύναται;

οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πρὸς κριτὴν γὰρ αὐστηρόν τε, καὶ δίκαιον, καὶ νομοθέτην ἀπέρχεται.

οὐαὶ τῷ πλεονέκτῃ· ὁ πλοῦτος αὐτὸν φεύγει, καὶ τὸ πῦρ ὑποδέχεται.

οὐαὶ τῷ ῥαθύμῳ· ζητήσει γὰρ τὸν καιρὸν, ὃν κακῶς ἐδαπάνησεν.

οὐαὶ τῷ ἀλάζονι· ὅταν εἰσέλθῃ εἰς τὸν τάφον, τίς ὑπάρχει διδάσκεται.

οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ· ῥυποῖ γὰρ στολὴν, καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐκβέβληται.

οὐαὶ τῷ λοιδόρῳ, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ μεθύσῳ· μετὰ φονευτῶν τάττεται, καὶ μετὰ μοιχῶν κολάζονται.

οὐαὶ τῷ τρυφῶντι· καιρὸν γὰρ ὀλίγον ὡς μόσχος εἰς σφαγὴν ἑτοιμάζεται.

οὐαὶ τῷ ὑποκριτῇ· ὁ ποιμὴν αὐτὸν ἀρνεῖται, καὶ λύκος ὁ κριὸς ἀποφαίνεται.

μακάριος ὁ τὴν στολὴν ἐνδύων ὅλον· στεφανηφορῶν γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσέρχεται.

a Propè, aduerbium. Sed fiunt nomina aduerbia, præpoſitis articulis, ut τῶν αὐω, τῶν κάτω, ſuperiorum, inferiorum.

b Lege τὸν γεωργὸν. & pro ἀγαθῶν, ἀκανθῶν.

c Lege ὢν, ab εἰμὶ, τὸ ὑπάρχω, ſum, exiſto.

203. Oportet peccatum odiſſe: ſic enim ipſius laqueum, etiamſi quis eo irretitus fuerit, effugiet.

Qui peccatum non odit inter peccatores, etiamſi non fecerit ipſum peccatum, tamen iudicatur.

205. Super proximo peccante ſuſpira, ut & teipſum accuſes: omnes enim uitijs & peccatis ſumus obnoxij.

Commonefacias iudicis amicum qui peccauit, & hoc pacto tuum uulnus curabis: commune enim eſt conſilij pharmacum.

207. Dicere quid uolens, aut facere, de apologia eius cogita paulo pòſt adhibenda: & cautius ages, metu correctus.

208 Peccati pœnam metue, turpitudinem uerò neglige: in utroq; namq; exceſſus periculoſus eſt.

209. Futurorum bonorum & pulchritudo & multitudo infinita eſt.

210. Omnia (mundana) umbra & fumus & bullæ ſunt.

211. Mala ne ſemina: meßis enim propè eſt, & ignis excipiet ſpinarum agricolam.

Roſæ uitæ ſunt hypocritæ, auari, & uoluptuarij. Cæterùm parumper ſuſtine, & gramen uidebis conculcatum.

Omne opus malum armat diabolum: armatus uerò, grauiter armatos accipit.

Si uis inimicum imbecillem reddere, peccatum reſcinde: nudatus enim alis, ut paſſerculus, illuditur.

215. Væ impio: cum enim omnes illuminantur, ipſe ſolus manet in tenebris.

216. Væ blaſphemo. nã lingua ligabitur, & quo pacto iudici reſpõdere poterit?

Væ iniquo: ad iudicem enim auſterum, & iuſtum, & legislatorem proficiſcitur.

218. Væ auaro: diuitiæ enim fugiunt, & excipit eum ignis.

Væ ſocordi: quæret enim tempus quod malè inſumpſit.

220. Væ ſuperbo: cum enim ingreditur ſepulchrum, quis ſit edocetur.

221. Væ ſcortatori: ſordidam enim habet ſtolam, & è nuptijs eijcietur.

Væ conuiciatori, & unà cum ipſo ebrio: cum homicidis enim conſtituitur uterq;, & cum mœchis puniuntur ſimul.

223. Væ delicias ſectanti: tempore enim exiguo tanquam uitulus ad mactationem paratur.

Væ hypocritæ: paſtor enim ipſum negabit, & ipſe aries lupus eſſe demonſtrabitur.

225. Beatus qui anguſtam ambulat ſemitam: coronatus enim in cœlum ingredietur.

μακάριος ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν· τρέμουσι γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην οἱ δαίμονες.

μακάριος ὁ τῇ ἀρετῇ καθαρὸς, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνυπόκριτος· κρίναι γὰρ μέλλει τὸν κόσμον, οὐχὶ δὲ μετὰ τοῦ κόσμου κρίνεσθαι.

μακάριος ὁ ἀγρυπνῶν ἐν προσευχαῖς καὶ ἀναγνώσεσι, καὶ τῷ ἔργῳ τῶν ἀγαθῶν· φωτισθήσεται γὰρ ὁ πιστὸς, τοῦ μὴ ὑπνοῦν εἰς θάνατον.

Τέλος τῶν Νείλου παραινέσεων.

226. *Beatus qui uoluptates calcat: metuunt enim dæmones cum eo certamen ſuſcipere.*

227. *Beatus uirtute purus, & anima ſimplex exiſtens: mundum enim ille iudicare, nec uerò cum mundo iudicari futurus eſt.*

228. *Beatus qui uigilat in orationibus & lectionibus, & opere bono: illuminabitur enim huiuſmodi, ne obdormiat in mortem.*

FINIS NILI PA-
ræneſeon.

IN NILVM, MICHAELIS NEANDRI OBſeruationes.

ZΗν ἄμεινον.) Eadem ſententia in Stobæi Aretologio, Oratione de Prudentia, tribuitur Phocioni philoſopho, paucis mutatis, hoc modo: ἣν κράττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον, καὶ θαῤῥεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. Verùm id non rarũ eſt, ut eædem ſententiæ, ijdem uerſus, ijſdem uerbis, aut parũ immutatis, apud diuerſos autores legantur: quemadmodum patebit legenti & conferenti Homerum & Heſiodum, Clementem quoq; Alexandrinum in στρώμασι: ubi bene multis id conatur oſtendere, dum autorum furta perſequitur. quemadmodum idem ſtuduit efficere Macrobius in Saturnalibus, curioſe ueſtigans ſingula quę ex autoribus Virgilius erat imitatus: cum plerique autores idem argumentum ſæpe tractarint, ut Comici & Tragici, belli quoque Troiani & Thebani ſcriptores, & qui hiſtoriam Argonauticę expeditionis carmine expoſuerunt, prima & antiquiſsima apud Græcos argumenta.

ὁ φθονῶν.) In ueteri heroico dicitur, ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει. Et Carcini ueteris tragici non diſsimiles uerſus apud Gnomologum leguntur, ἓν ἀγᾶ μόνον ἴδιον ὧν ποιεῖ φθόνος· λυπεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους.

ἴσο.) ſis, imperatiuus uerbi εἰμί, τὸ ὑπάρχω. id eſt, Si uis placere uulgo, ſis ipſi ſimilis, ſectare ipſius ſtudia, mores & uoluptates: aliàs nunquam placebis.

περιεσσεύει.) Qui non abundat ocio, cui nullum tempus ſufficit. Quod hominibus ſtudioſis ſic ſolet accidere, conſiderantibus uitam eſſe breuem, artem uerò longam: quemadmodũ dixerunt, cum Zenone philoſopho Hippocrates, medicorum δαδοῦχος ille mirandus & ſapiens. Et alius dixit, nullius rei maiore penuria laborare homines, quàm temporis. Vnde Theophraſtus moriens naturam accuſaſſe legitur, quòd hominib. uitam largita eſſet breuiorem. φιλοπόνων autem exempla ſunt, Plinius, Demoſthenes, Ariſtoteles, Didymus grammaticus (βιβλιολάθα ille, ut Athenæus ipſum nominat, à lucubrandi quoque ſtudio Chalcenterus cognominatus) Origenes, cuius ſex librorum millia legiſſe ſe fatetur diuus Hieronymus: & alij plurimi, à lucubrandi & laborandi ſtudio celebratiſsimi.

χριςιανϛ.) id eſt, non uelis tantum dici bonus, ſed etiam talis opere eſſe ſtudeas: quemadmodum etiam ethnicos id ſedulò conatos legimus.

ψέγειν.) id eſt, Deum peccati autorem facere, quod ab ipſo etiam Ethnici ſaniores remouerunt. *εἰ θεοὶ (γὰρ) τὶ δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί*: ut in uerſu Euripidis dicitur, quem Iuſtinus etiã Martyr contra gentes uſurpauit.

συνειδότος.) Participium eſt medium, uerbi *συνείδω*. unde *συνειδὸς*, conſcientia: & *ἄτρεπτον συνειδὸς δικαιοσύνη*, apud Orphea.

χαῖρε.) Id eſt, noli ſuperbire ob quæcunque tua ſeu rectè facta, ſeu dona, ne ea à te auferantur illicò.

ὅσον σὺ νέμῃ.) Vt ſemper de nobis humiliter ſentiamus: quòd quando fecimus quod debuimus, tamen ſerui inutiles ſimus.

πάσας.) In uerſu eleganter dicitur: Quicquid agas, ſapienter agas, & reſpice finem.

νύκτωρ.) Quicquid agas, memori mente teneto mori.

φιλοσοφεῖς.) Vel, quæ ſtudes, inquiris, circa quæ occupatus es: ſeu, quæ diſputas, tractas'ue. hæc enim omnia, quemadmodũ multa alia, id uerbum apud authores ſignificat: præcipuè autem, operam dare ſapientiæ, quæ ipſam cyclopędian complectitur, unde deinde *φιλοσοφία* καὶ *φιλόσοφος*.

ἁμαρτιῶν.) peccatorum. ut ſit ſenſus: Minus peccatis & uitijs indulgebis, cum crux ſit carnis mortificatio quædam, hominesq́; eò redigat, ut uel inuiti etiam in officio manere cogantur.

ἤλεγξαν.) Id eſt: tentationes, crux, aduerſitas, te lõgè præſtantiores habitos probarunt, ut palàm fieret, quo ſtudio, Deo ipſiusq́; uerbo, fortuna nondum mutata addicti fuiſſent. Seu, in parum lætis ſolaberis te, quòd ab initio optimi & Deo gratiſsimi quique ſub cruce fuerint, ut ipſorum fides atque conſtantia probarentur.

κοινὸν φάρμακον.) Omnibus ſalutaris eſt Dei longanimitas & patientia, tam probis quàm improbis: quòd nemo ſit uſque adeò conſummatus, qui ipſius patientia atq; bonitate & miſericordia non opus habeat. *πάντες γὰρ θεῶν χατέουσι*, etiam Ethnicorum iudicio.

ἀνώμαλον.) Seu, omne quod fit in uita irregulariter, hoc eſt, contra normam & uocẽ legis diuinæ, quæ bona & ſancta eſt: cum Deus nec uelit nec præcipiat iniuſta, ſed puniat: ideoque ut eius *ἀνωμαλίας* autor non eſt accuſandus.

θεὸς ὀνομαζόμενος.) hoc eſt, Deus inuocatus protegit aduerſus

mala & pericula, quæ nobis intentat & minatur omni tempore diabolus, obambulās ut leo rugiens, quærens quē deuoret.

νήφειν.) Id eſt, ne ſine diſcrimine ſecuri, precationi nō attendentes, quæuis petamus, illicita etiam & uetita.

χαλίνου.) Oculi ſæpe peccatorum cauſæ ſunt, amoris inhoneſti, & ſimilium. unde ſunt, qui eos ſibi eruiſſe leguntur, ut hoc pacto peccandi anſam ſibi omnem præſcinderent: quod nec pium, nec Deo gratum eſt, ideoq; nulli ſano & Chriſtiano imitandum. De lingua uerò, mēbro optimo & peſsimo, quòd ciuitates ædificet, easque deſtruat iterum, & uulgò dicitur.

τὰς ἀρετάς.) ut alij noſtras dotes, & uirtutes noſtras prædicent, ne fiant de ore proprio ſordidæ.

τὸ τρυφᾶν.) Genio indulgere, luxurioſe uiuere, & uoluptatibus deditū eſſe, tum alia etiā quæ delicias augent ſignificat.

τρέχοντας.) currentes, ſemper in gaudijs, ſine cura, ſine cruce luxuriantes.

μὴ σύναγε.) Id eſt, noli impendere omne ſtudium & tempus colligendis opibus, id unum dies noctesque uigilans & ſomnians. Aliàs opum poſſeſsio, & proprium, non prohibentur in Scriptura.

ὅπλον.) De ſobrietate & cruce ſententia eſt, quæ carnē mortificans, aduerſus uitia & peccata nos armat & munit, dum plerunque horum occaſiones eripit.

περιποιεῖ.) Pietas promiſsiones habet præſentis & futuræ uitæ, & alia opera Chriſtianorum ſua habent præmia: non quòd horum tanta ſit dignitas, ſed quòd Deus ea approbet & honoret, ſibique placere ſinat in credentibus, propter mediatorem.

ταῖς χερσὶν.) Pij pauperes iuuandi, quòd unum habeamus Dominum, & quòd ſimul cum Deo ſimus uicturi: uel quòd noſtram eleemoſynam Deo commendent & prædicent: & compenſationem beneficij, denique benedictionem, quæ ſola diuites facit, à Deo nobis petant.

τὴν ἐκκλησίαν.) Id eſt, quando es in cœtu audientiū & profitentium ueram doctrinam, ſeu cùm fueris in templo, in ipſo loco ubi cōueniunt homines ad diſcendam doctrinā de Deo, & celebrandum beneficia ipſius: pro utroque enim ponitur *ἐκκλησία.*

κατακισθῆν.) tabeſcere, concidere poſſe, ne exerat ſuas uires, & appetat ea quæ ſunt carnis, & quibus ſuauiſsimè afficitur.

πίνε τὸν οἶνον.) Iuxta uerſus Theognidis ualde elegantes,

εἶνος

οἶνος πινόμενος πολὺς ἱκανός· ἐὰν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ πολὺς, ἀλλ' ἀγαθός. Et Homerus:
σῖτος καὶ οἶνος μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. Et, .
οἶνος ἀνδρὶ κεκμηῶτι μέγα μένος ἀέξει. ut apud eundem de uino id prædicat Hecuba, filio Hectori è prælio redeunti, & defatigato.

ἐν ταῖς νόσοις.) *παντὸς γὰρ καλοῦ κεφάλαιον ἐστὶν ἡ προσευχή*, quemadmodum id piè dicitur à Ioanne Chryſoſtomo, ſancto illo & eloquente feruidoque pectore, lib.2. de Oratione.

θεοῦ τοὺς οἴκους.) Id eſt, templa reuerenter habe, ut loca Deo ſacra, ipſique dedicata: in quibus & uerbum ipſius ſaluificum annunciatur, & bonitas ipſius prædicatur.

χαίρει τῇ ταπεινωσιύνῃ.) Id eſt, minus ſubeſt periculis: etiamſi cadat humilis, cadet certè leuius. tolluntur autem in altum ſuperbi, ut lapſu grauiore ruant. Et Deus reſiſtit ſuperbis, humilibus autem dat gratiam.

ὅσον χαλάσαι.) ut langueſcant & flacceſcant carnis ad mala inclinationes.

μὴ τὸν θεὸν.) Vetat fortè, ne nimium indulgeamus cogitationibus de Deo & arcanis, quæ ſcire prohibemur, & quæ ſæpe hominem ad errores etiam abripiunt: quemadmodum id docent, tum Epiphanius, qui hæreticorum ſcripſit hiſtoriã: tum alij etiam Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, qui hæreſium etiam, ſed ſparſim, meminerunt. Vt ſit ſenſus, *μὴ τὸν θεὸν*, non Deum, quantus eſt in maieſtate & gloria ſua, cogitationibus tuis anguſtis capies, ſed te ipſum in errorem & mala induces.

χαυνοῖ.) inflat, laxat, leuem uanamque facit: ut leuibus delectata non curet ſeria, quæ Dei ſunt, quæque maximè curata oportebat.

εἰς ἔργα.) In libro quodã antiquo, olim in monaſterijs uſurpato, hos uerſus legimus:

Nunc lege, nunc ora, nunc cum feruore labora:
Sic erit hora breuis, & labor ipſe leuis.

τρυγῆσαι.) uindemiare, cum fructu & uoluptate aliquid agere. Contra imperitos, à quibus ſtudioſi in docendo & diſcendo, multo cum ſudore & labore, corporis quoque iactura uerſantes, ocij & ſocordiæ ſæpe accuſantur. quibus peculiari capite reſpondit Syracides, in Panareto ſuo, quò ablegamus lectorem.

καὶ εἰς ἔργα.) Semper Deum inuocandum: eiq; gratias agendas eſſe, in omni uita, omni tempore.

ἁγίων συντεύξει.) conuerſatione. hoc eſt, libenter uerſare cum ſanctis: quòd ab ijs de Deo eiusq́; uoluntate poſsis erudiri.

δεῖ τι κερδαίνειν.) Ideo aliorũ uita, ſtudia & mores ſunt contemplandi, ut uitæ etiã noſtræ regula ſint, cum exẽpla in quæ intuemur tanquam in ſpeculum, ſemper fortius impellant & excitent animos ad amplectendam uirtutem, quàm nuda præcepta de uirtute præſcripta.

ὅπως ὦν φυλάττῃ.) ut cautè & piè ſemper uiuamus, templa ſcilicet exiſtentes Dei uiuentis.

μεθοδεύοντος.) uolẽtis, ut ad regulã & normã uerbi ſui uiuas.

μεθίσταται.) Pleraq; præſentia per futura reddidimus, ſciẽtes ipſa quoq; præterita Græcis ſæpe in præſentis ſignificatione uſurpari: nec minus frequenter id apud Hebræos quoq; ſolere accidere.

τὸ δέλεαρ.) eſca ad capiendum præparata, ſeu propoſita: hoc eſt, Non ineſcaberis rebus mundi, non curabis ea, cogitans æterna & cœleſtia: præ quibus *σκύβαλον* ſunt, *καὶ ῥάκος καθημενούς,* menſtruatæ pannus, ut Spiritus ſanctus loquitur, quæcunq; in mundo ſplendida & fulgentia.

ὄψις γάρ ἐστι θεοῦ.) hoc eſt, talis eſt ipſe Deus, omnibus uirtutibus præditus, iuſtus, bonus, caſtus, miſericors, & qualem in Decalogo ſe expreſsit, qualesq́; nos eſſe uoluit: & quales futuri ſumus denique, redditi priori innocentiæ, qua exuti ſumus tum lapſu primorum parentum, tum propria quiſque immundicie.

βδελύσσεται τὸν ἁμαρτωλόν.) Pium refertur dictum Iuſtini philoſophi & martyris, quod tale & hoc loco commemorandum eſt: *ὅστις δὲ πολὺν χρόνον ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δὴ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον.*

ὅταν φαῦλα πράττων.) Qui nullis admonitionibus emendantur, uitæ ſuæ exitum tandem ſortiuntur periculoſum, in deſperatione animam perditam euomẽtes: quemadmodum id docent multa exempla, profectò triſtia & horrenda.

παραβλέπεται.) limis aſpicit, non recto uultu intuetur, *Gehet ime nicht recht vnder augen.* Eo iubet loco habere proximum, ne Deo ipſiusq́; gloriæ anteponatur, ne uioletur religio: quemadmodum ethnicum etiam dixiſſe legimus, Vſque ad aram, *μέχρι βωμοῦ.*

ἀνάξιον ποιῇ.) ſeu, indignè facit, aduerbialiter, præpoſterè facit, peccat.

ἀλείφεις.) ungis: agiles, promptos atq; expeditos reddis.

ἀνύειν

ἀνέχειν δεῖ.) *φθείρουσιν γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί*, ut uerè in Menandri comici ſenario dicitur, ab Apoſtolo etiam uſurpato in epiſtola ad Titum: ſeu ſanctificato, ut Tertullianus ad uxorē ſcribens loquitur. ubi eundem hoc uerſu liberiore reddidit,

Bonos corrumpunt mores congreſſus mali.

τὰς θεσμὰς ἐκκλησίας.) id eſt, quæ facit ipſa eccleſia, ut Deum agnoſcat, inuocet, laudet & prædicet.

ἐπιτελεῖται.) Semper Deus laudandus, de Deoque cogitandū & loquendum, in Eccleſia, & extrà. *ψάλλων ἀπέλθε.*) Domi, ſeu ubicunque, res tuas curans de Deo loquere, eius uerbum cogita.

ἀνοήτους.) Errantes & peccantes quomodo tractandi ſint, monet.

ὅταν ᾗ μοί.) Sanctum enim non dandum canibus.

τὰς πράξεις.) Iubet ſtudere pietati, honeſtati, & alijs Deo placentibus uirtutibus, ſemper dum uiuimus, dum currimus in hoc ſtadio.

ἐνδελεχισμοῦ.) & *ἐνδελέχεια*, continua animi mobilitas, aſsiduitas quoq;, ut in uerſu uetere qui apud Galenum legitur: *κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ*. Hoc eſt, ut Ouidius eum reddidit,

Gutta cauat lapidem, non ui, ſed ſæpe cadendo.

πᾶσαν ἡμέραν.) Ergo non tantum in anno ſemel, quemad modum id ſub papatu frequentatum nouimus: cum ſimus omnes homines, hoc eſt, qui ſæpius labimur & peccamus: ideoque ſæpius etiam condonatione & conſolatione, fideiq; noſtræ imbecillis confirmatione opus habemus.

εὐεργέτης.) Beneficijs enim afficit nos, dum per crucem & afflictionem à malis ad bona, & uitam reuocat, non puniens, ſed medicans morbum quo laboramus.

σκιᾶς.) Pindarus *ἄνθρωπον* uocat non umbram, ſed ſomnium de umbra, *σκιᾶς ὄναρ*. Et uulgo dicitur, *κύκλος τὰ ἀνθρώπινα*.

εἰ βούλει.) Quod Deus puniat maledicos & conuiciatores, uel Ethnicorum etiam teſtimonio. Nota eſt ſententia Pindari, *ὅτι ἀκηδία λέλογχε θαμινὰ κακαγόρως, σοφία γὰρ ἐστιν ἐχθρὰ θεῶ, τὸ λοιδορῆσαι*: ut ibidem piè dicitur.

ὑπολαμβάνεις.) Iuſtus debet eſſe primùm accuſator ſui, non aliorum. Cæterùm non uidemus manticæ quod in tergo eſt, ut poeta ſcripſit. Ideoque Aeſopus ſapienter cuique homini duas peras tribuit, in quibus tum ſua, tum aliorum errata abſcondit. Et polypragmoſyne pleriſque hominibus innata eſt,

peruerſaque curioſitas in uita, multorum malorum ſemper cauſa extitit.

καὶ πλήσιος ᾖ.) οὐ γὰρ ἐᾷ φρονεῖν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑαυτόν: ut eſt apud Herodotum, hiſtoriæ parentem dulciſsimum & antiquiſsimum.

μὴ σκώψῃς.) Contumeliã enim ſi dices, audies: ut apud Plautum comicum dicitur. & in ueteri uerſu Cæcilij,

Audibis malè, ſi malè dicis mihi.

ζήλωσον βίον.) Turpe enim eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. Et Paulus in epiſtolis ad Timotheum & Titum, præcipit epiſcopis & paſtoribus, ut ſint *ἀνέγκλητοι*, prębẽtes ſe formam bonorum operum, *ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ αὐτῶν λέγειν.*

ἀσφαλίζε.) In uoce actiua munire, ſtabilire ſignificat: paſsiua uerò plerunq; utuntur, cum propulſare, arcere ſignificat.

αὐθάδεια.) Factam uocem putant ab *αὐτὸς καὶ ἅδω*, cano ſeu placeo: & *αὐθάδης*, cui ſua tantum placet & probatur ſententia: ſui capitis, qui nihil niſi quod ipſe fecit, rectũ eſſe putat.

κατορθώμασι.) id eſt, eiuſmodi uirtutis operibus iuſtè & rectè factis, quæ fiunt ad ipſius uoluntatẽ: ea enim ſola probat.

βίου φυγή.) id eſt, non curare, negligere mundana & caduca huius uitæ bona: quæ tamen pleroſq; in ſui admirationem ita rapiunt, ut relicto Deo, ea potius tranſitoria quàm æterna ſectentur.

καὶ τὸν ἐπιθυμοῦντα.) Vt cogitatione rerum ęternarum abducamus cogitationes & animum à terrenis.

ὁρᾷς τὸν τρόχον.) id eſt, Vides enim quanta ſit humanarum rerum incõſtantia, quæ perpetuo rotatu uoluuntur. *ὁ βίος τρόχος, ἄστατος ὄλβος*: ut in hemiſtichio Phocylidæ dicitur.

τοῦτο μὲν μισθός.) Philoſophia enim tum alia docet, tũ exemplis tum dictis declarat, in felicitate non confidendum, quòd fortuna uitrea leuiſque ſit: & rideri felices, infelices factos, quòd fortunæ inconſtantiam non conſiderarunt. Sic etiam eadem afflictis cõdolere præcipit, quòd *κοινὰ πάθη* ſint omniũ, ut à ueteri Poeta dicitur.

ἡ ψυχὴ ἐστὶν ἀθάνατος.) Non tantum literæ ſacræ, ſed etiam ethnicorum ſaniorum ſententiæ id docent:
ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντὸς, ut in uerſu Phocylidæ dicitur. Et extant in eandem ſententiam multæ non impiæ diſputationes & narrationes, apud Platonem, Xenophõtem, Ariſtotelem, Plutarchum, Pindarum, & alios innumeros.

Vnde

Vnde maximis ingenijs præditi, magna cura coluerũt, & inexpiabili religione ſanxerunt ſepulchrorum ceremonias: ut Cicero loquitur in Tuſculanis quæſtionibus.

μὴ μέμφε.) Vexatio dat intellectum, dicit Scriptura. Preſsi itaque paupertate, & alijs uitæ incommodis, Deum inuocantes, de Deo & eius uoluntate ſæpius cogitant. Et uulgò dicitur, Paupertas occaſio uirtutis, *ἡ πενία σοφίαν ἔλαχε. καὶ, πενία τέχνας ἐγείρει.*

μὴ εὐφραίνε.) Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

ἐγγὺς τὸ τέλος.) Ne ſimus procraſtinatores, qui ſemper cum damnis luctantur, ut Poeta dicit: ne differamus uitæ emendationem, quum de exitu & fine, qui ſemper impendet, ſimus incerti.

πείρας.) à *πείρα*, periculum, conatus, ſtudium, *δόλος τε καὶ τέχνη.* unde *πειραταὶ, οἱ κατὰ θάλασσαν κακοῦργοι.*

ἀπαιτεῖσθαι) Quæ à nobis exigetur, ſeu, quorum rationem à nobis poſtulabit ipſe Deus.

ἀεὶ τοῦ βίου.) Nihil eſt enim quod ita eleuet obtundatq; ægritudinem, q̃ perpetua in omni uita cogitatio, nihil eſſe quod non accidere poſsit: ut Ciceronis uerbo utar.

ἀπέχου.) id eſt, Ne te præcipites temerè in mala & pericula: ſi uerò acciderint, perfer ea pectore digno Chriſtiano homine.

ἡ φιλοσοφία.) Philoſophia omnem humanam complectitur ſapientiam, omnia ab hominibus ſapienter & ingenioſe dicta atque cogitata: totam *κυκλοπαιδείαν*, hoc eſt, uniuerſum diſciplinarum circulum. Hoc uerò loco intelligenda eſt ea pars philoſophiæ, quæ uitam, ſtudia & mores format: quæ *ἠθική*, hoc eſt, moralis appellatur. De ea parte loquitur Plutarchus in *παιδαγωγίᾳ*, his quidem uerbis, quæ non grauabor aſcribere: Animorum autem ægritudines atque languores ſola eſt quæ curet ac medeatur philoſophia. Per hanc enim, & cum hac ſcire licet, quid honeſtum, quid turpe, quid iuſtum, quid iniuſtum: & ſummatim, quid deligendum, quid fugiendum: quomodo parentibus, quomodo natu grandioribus, quomodo peregrinis, magiſtratibus, amicis, uxoribus ac ſeruis utendum ſit: utque deos ueneremur, parentes honoremus, ſeniores uereamur, legibus obtemperemus: quòd magiſtratibus cedendum ſit, amicos diligere oporteat: in mulieres ſeruare modeſtiam, charos habere liberos, minimè ſeuire cũ ſeruis: & quod maximũ eſt, in proſperis fortunę ſucceſsib.

lætitia non effundi, nec in aduerſis caſibus triſtitia deprimi, nec omnino uoluptatibus eſſe deditos: nec ita per iracundiã affici, ut beluarum animos induamus, quæ ex omnibus philoſophiæ bonis antiquiſsima iudico. Et legitur in eandem ſententiam dictum Muſonij, ſapientis philoſophi: *οὐ γὰρ δὴ φιλοσοφεῖν ἕτερόν τι φαίνεται ὄν, ἢ τὸ ἃ προσήκει λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν, ἔργῳ δὲ πράττειν.* Multa ſunt ſimilia, & his etiam meliora, quidq; etiam de uniuerſa philoſophia ſit ſentiendum, apud Clementem in *στρώμασι*, Tatianum in oratione contra gentes, & propemodum omnes Græcos Theologos, qui gentium uanitatem refutarunt: Nazianzenum etiam. quæ nos eſſe ſinimus, hoc loco: cum non commentarios ſcribere, ſed paucis de obſcurioribus adoleſcentes monere conſtituerimus.

ἔσα μονογενὴς.) Cum ea ſola & unica homines rectè inſtruat: ijs tamen tantũ adeſt, qui eam non aſpernantur, ſed recipiunt, & ad ipſius monita uitam quoq; inſtituunt.

ἐνδύοντος.) Hoc eſt, Chriſti ueri Dei, induti noſtram carnem, *ἐνανθρωπήσαντος καὶ σαρκωθέντος.*

μετὰ τὴν νῆψιν.) Poſt deliberationem, cum reputant iam & cogitant homines, quòd iniqua patrarint. *ἡ γὰρ μετάνοια ἀνθρώποις κρίσις*, ut in ueteri ſenario dicitur. Tunc iudicant homines, cum pœnitet.

διὰ τὸν μόχθον.) Propter tribulationes, per quas nos oportet ingredi in regnum Dei. Omnes autem qui uolunt piè uiuere, perſequutionem patientur.

ὅσον ὁ βίος ῥυπαρὸς.) uita auaritiæ dedita, ſordida, ſuũ defraudans genium, nec ſibi nec alijs quicquam benefaciens. Vnde in Mimo dicitur: Auaro quid mali optes, niſi ut uiuat diu?

κτηνώδης.) Habet ſe inſtar pecorum, negligitur, nulla ipſius cura & ratione habita.

λογιστικόν.) rationem, eam partem animæ qua ſola à brutis & beſtijs differimus. Summaque philoſophiæ eſt, hoc eſt, omnium honeſtorum præceptorum ueterum ſapientum, ut affectus obtemperent rationi tanquam regi. Eò enim ſpectant omnes commentarij omnium ſaniorum philoſophorum, qui de uita honeſtè & rectè uiuenda ſcripti ſunt.

φιλοσοφίας.) Id eſt, ſtudium honeſtatis, per diſciplinam & rectam inſtitutionem.

ἀνόητος ἐλεύθερος.) ſtolidus liber, qui non rectè utitur linguæ libertate, qua neceſſaria tantum Deoque grata dicenda ſunt; quemadmodum de eloquentia à Platone dicitur. Et Pythagoræ

thagoræ præceptũ extat, quo iubet ἢ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν.

κατὰ τὴν αὐτῦ φωνὴν.) Qui non abiecerit omnia propter me, non eſt me dignus.

νηστείας.) Vitæ ſobriȩ & temperãtis, ſemper in timore Dei uerſantis.

ζύμης.) ζύμη, fermentum propriè ſignificat. A' feruore, ab incitámentis ad uoluptatem.

πάρεργον.) Id eſt, quiddam nihil pertinens ad uirtutem: cum iuſticia ipſo Lucifero formoſior, omnes uirtutes cõplectatur: ut in uerſu etiam uetere id indicatum eſt. ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἐστίν. Id eſt:

Iuſticia in ſeſe uirtutes continet omnes.

εἰ ἀνδρὲς.) Vt de noſtro, non alieno, ſimus liberales.

ζιζανίων.) ζιζάνιον, loliũ, vrkraut, παρὰ τὸ τὸν σῖτον σίνειν, quòd segetes lædat & ſuffocet: uel quòd frumentis plerunque adhæreat, & unà cum illis naſcatur, παρὰ τὸ σῖτος καὶ ἰζάνω, τὸ τῷ σίτῳ παρεδρεῦον, ut monet Etymologus.

τυφλός.) Videndũ, ut dignis tribuamus noſtras eleemoſynas.

εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος.) niſi iuſtè diſpenſet, diſtribuat ſua pauperibus: non conſiderans, non attendens, quem agrum colat, id eſt, cui benefaciat.

χαρακτὴρ φιλοσοφίας.) De philoſophia, quòd ſit mortis meditatio quædam: id eſt, quòd doceat, hominibus eſſe moriendum, cum uideat non licere hic uerſari perpetuò: præclara extat apud Platonem ſententia & memoratu digna, quæ talis eſt· οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστα αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν: In Philebo.

σχηματίζου.) Ne ſimula uirtutẽ: ſed id quod uis dici, id quoq; re ipſa eſſe uelis. quemadmodum de Amphiarao, uate ſcripſit Aeſchylus in ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις: quod deinde Gręci, teſte Plutarcho, de omni bono uiro, nec ſimulatè probo, dixerunt· οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

μητέρ.) Gregorius Thaumaturgus uirtutum matrem pietatem facit, piè ſentiens, his uerbis: εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν, ὀρθῶς λέγοντες. αὕτη γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. Chryſoſtomus uerò (aureum illud os, & uerè candidum, pium ac Chriſtianum pectus) fidem non minus piè uirtutum facit principem & coronam, dum ait· πίστις μητὴρ καὶ στεφάνη καὶ συμπεραίωσις τῶν ἀρετῶν ὑπάρχει. Simile dictum Ariſtoteli etiam tribuunt· ἀρχὴ (uidelicet) ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεός, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.

ἔργανον.) Mariam matrem CHRISTI *ἀειπαρθένον* intelligit.

ἐπὶ νεκρῷ.) Non uetat prorſus non lugere mortuos, cum ſcriptura id permittat: & patres, ſuos defunctos luxerint: ſed, ne in impatientiam & indignationem aduerſus Deum luctus erumpat: dubitationem quoque de prouidentia, cum uidemus bonos citius mori quàm improbos.

γέλα μὲν.) Id eſt, ride eos, ac ſtultos putato, qui confidunt nimium in bonis iſtis fortunæ inconſtantibus, & quauis aura leuioribus.

τῇ μελέτῃ δὲ τοῦ νόμου.) Id eſt, Dei uoluntatem conſiderans, id efficies, ne ſeu Deum ſeu proximum offendas.

τινὸς χάριν ἱλάσκεσαι.) Id eſt, cogita quid petas, quam neceſsitatem Deo proponas.

ἐτασθήσονται.) Potentes, quia abutuntur ſua potentia, facientes non quod licet, ſed quod libet, (Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas, ut in uerſu Satyrici indicatū eſt) potenter quoque tormenta patientur.

εἰς πονεῖν.) Auis ad uolatum, homo ad laborem naſcitur: ut in Iobi hiſtoria ſcribitur.

λύχνῳ.) Ne contra conſcientiam faciamus, quam toties prædicat Paulus: quòd ea nos non accuſante, fiduciam habeamus erga Deum: ſed ut ad eam, tanquam Lydium lapidem, & ſecus & rectè facta examinemus.

καθαρὰν εἰκόνα.) Primam noſtram innocentiam, quæ qualis fuerit, in Decalogo, ſumma illa & inexhauſta Dei ſapientis ſapientia oſtenditur.

πρὶν γυμνωθῆναι.) Vt reſiſtamus prauis cogitationibus, antequam in ipſum opus erumpant. Quid enim prauæ cogitationes ſunt aliud, quàm animæ uulnera & hulcera, quę matura & rupta, quid effunderét aliud quàm pus, quàm ſordes, quàm ſanguinem atrum & corruptū: hoc eſt, prauas actiones, & pugnantes legi diuinæ?

κρίνεται.) damnatur, reus peragitur peccati.

ἐπὶ τῷ πλησίον.) Vt ex aliorum hominum imbecillitatibus & lapſibus, noſtros defectus cogitemus, & uitia quoque propria contéplemur. *ἐπιτιμίοις.*) pœnis, ſeu uitijs & peccatis, propter quæ pœna irrogatur.

κοινὸν γάρ.) Dum enim alium admones, teipſum quoque mones, doces & inſtigas, ne labaris, aut contra Dei uoluntatem in ſimilibus facias.

λέγειν τι.) Nihil dicendum aut faciendum, cuius honeſtas rationes

tiones non poſsimus probare bonis omnibus. Ea uerò cura efficiet, ut ſemper cautè & ſapienter agere ſtudeamus.

αἰσχύνω ταχέα.) Id eſt, noli dare operam turpibus: ſis piger, torpeas in malis, ne afficiaris ijs quæ dedecus turpe ſecum afferunt. Vide ne fias infamis ob quodcunq; ſcelus perpetratum: ſeu; ne habeas cauſam metuendi iuſtam reprehenſionem hominum.

τῶν μελλόντων.) Id eſt, æternorum bonorum, ut Scriptura inquit: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit.

χόρτον.) Id eſt, omnes in mundo potentes & conſpicuos, quorum uenter deus eſt: omnem mundi gloriam, omnem ſplendorem, & magnificentiam.

ὁπλίταις κέχρηται.) Malè utitur armigeris: id eſt, fortiter repugnat ijs qui peccatores cum ſint, conantur tamen ſe contra ipſum armare, non reconciliati prius cum Deo, carentes ueris armis; quibus repelluntur ignita tela hoſtis.

ἀνόμῳ.) Id eſt, ſine lege uiuenti, non curanti legem.

τίς ὑπάρχει διδάσκεται.) Id eſt, tum demum cum moriendum eſt, intelligit ſe puluerem eſſe, & cinerem, et ſuperbijſſe ſine cauſa: cum ex eadem maſſa peccatrice, qua cæteri homines, fuerit conditus. Id cogitantem, ferunt ſymboli loco uſurpaſſe Maximilianum Cæſarem hæc uerba:

> *Wir ſein eyn man wie eyn ander man,*
> *alleyn daß vns Gott die ehre gan.*

Et in uerſibus, à quocunq; etiam ſcriptis, idē propè indicatur:

> *Omnia Cæſar erat: ſed gloria Cæſaris eſſe*
> *Deſiſt, & tumulus uix erat octo pedum.*

νυμφῶνος.) *νυμφὼν*, ut *περιστερεὼν*, *χαλκὼν*, & ſimilia, nomina ſunt quæ comprehenſiua Grammatici nominarunt. locum itaq; ſignificat conuiuij, ſeu ædes ubi nuptiæ celebrantur: tametſi malim legere *νυμφειῶνος.*

ὁ κριός.) Aries, dux gregis eſt. Sic falſi doctores, hypocritæ, ſe etiam gregis, hoc eſt, eccleſiæ duces profitentur: cum non ſint arietes, non duces, non paſtores, ſed lupi rapaces, qui ex fructibus cognoſcuntur.

τρέμουσι.) Propterea quòd uoluptatibus, quę malorū eſca ſunt, ut hamis, capiant homines.

ἀνυπόκριτος.) candidus, qui quod corde ſentit, ore & uita profitetur.

FINIS.

Actiones bonæ ſemper urgendæ 19
actionum lucerna conſcientia 27
Adæ filijs laborandũ 27
aduerbia pro nominibus 28
ægritudinem quid potiſsimum eleuet 39
Aeſchyli dictum 41
Aeſopus cuiq; homini duas manticas affingit 37
afflictiões fortiter perferendæ 25 patienter ſuſtinendæ 27
afflictionum iugũ quomodo dulce fiat 13
amicus dulcis quis 11
amor proximi 17
ἄνα pro ἀνάστηθι 26
angeli magis quàm homines reuerendi 23
anima eneruata 15
anima immortalis 23.38
anima in labores & orationes partienda 15
anima omnib. reb. præferenda 23
animę ager à ſpinis liberandus 23
animæ balneum, orationis lachryma 27
animæ compunctio 13
animæ ulcera curanda, ut lucremur pœnã 27
ἀντικείμενος 43
ἀπαιτεῖσθαι 39
Ariſtoteles φιλόπονος 32
articuli præpoſitiui ſæpe pro demóſtratiuis 18
articulorum uſus in diuiſionibus pro cùm tum 24
ἄγνοια 7
ἀσφαλίζειν. ἀσφαλίζεσθαι 38
aſsiduitatis uis 37
auaro uæ 29
auditus muniendus 15
aurium & linguæ magnum periculum 11
αὐθάδεια. αὐθάδης 38
autores qui iuuentuti proponendi 3

B

Beatus quis 29.31
βιβλιαρίδια 32
blaſphęmo uæ 29
Blemmyarũ excurſio 8
bona peritura nó appetenda 21
bona tã terrena quàm cœleſtia laborib. conſtare 25
bonorum cœleſtiũ decor 15
bonorũ futurorum pulchritudo & multitudo infinita 29
βδέλλαι 14.20.24

C

Cæcilij dictum 38
caro debilitanda 13
carnis motus compeſcendi 15
carnem penitus domari non poſſe 13
Carolus Magnus primus Germanorũ imperator 7 (27
caſtitas uirtutũ mater
καταπτοεῖν 34
κίχρησι 10
χαλάσαι 35
Chalcenterus 32
χαυνοῖ 35
Chryſoſtomus uerè piũ & candidũ pectus 41
Chriſti corpus quomodo fiat noſtrum 19
cibo cuiuſmodi utẽdũ 11
Clemẽtis in Stromatis inſtitutum 32
cœlum deſideranti negligenda terra 25
cœnæ myſticæ quotidie participandũ 19
cogitationes carnales abominandæ 25
cogitationes mentis 15
cogitationes praue, animæ uulnera 42
diaboli ſemen 15
meliorib. abigẽdæ 15
cogitationibus prauis reſiſtendum 19
colloquij ſanctorum uſus 17
colloquia inter ſanctos qualia eſſe debeãt 19
compaſsio, uirtutũ mater 27
conſcientia, actionũ lucerna 27
Lydius lapis 42
conſcientiæ teſtimoniũ 23
conſuetudo mala paulatim reſcindenda 19
conſultor qualis acceſſendus. 19
cõtumacia abigenda 21
conuicia quomodo ſuſtinenda 17
à cõuicijs abſtinendũ 21
cõuiciatoris propriũ 17
conuiciatori uæ 29
cõuiciatores exoſi deo 37
corpus exercendum 15 & quatenus curandum ibid.
corpus mortificandum 11
corpori quantũ indulgendum 13
corruptiói obnoxia nihili pendenda 21
corruptioni omnia obnoxia 23.25
curioſitas peruerſa 38
ἐγκυκλοπαιδεία 39
κύκλος τὰ ἀνθρώπινα 37

Delica-

D

Delicatè niuere 13
fugiendum 23.27
delicias ſectanti uæ 29
Demoſthenes φιλόπονος 32
Deus purus purè diligendus 19
Deus ubique & ſemper præſens 11
Deus ſemper inuocandus 35
Dei cultus 11
Dei domus 15
Dei indumentum uirtus 23
Dei lõganimitas 33 cõmune pharmacum 13
Dei nomen fugare dæmonas 13
Dei recordatio 13
Dei ſemper eſſe memorem debere 15
Deo nemo præferendus 17 non præferendi domeſtici 25
Deo nos caſtiganti nõ obmurmurandũ 19
dicturo aliquid, de apologia mox adhibenda cogitandum 29
Didymus Grãmaticus βιβλιολάθα & Chalcenterus dictus 32
diteſcẽdi cupiditas corruptio uitæ 27
non Diteſcendum malis artibus ibid.
diuiti non adulandum, idemq́; non irritandus 11
diuitiæ diſtribuendæ, non colligendæ 13
diuitijs non lætandum. 23
docẽdi ratio optima & uetuſtiſs. quæ 3.9

E

Ebrio uæ 29
ἐκκλησία 34
eccleſia frequentanda. 13.15
eccleſia, ſua cuiq; mens 19
eccleſiarum Latinæ & Græcæ diſſenſionis cauſa 7
εἰμὶ εἶμι 22
ἐπὶ pro ἔπεσι 26
ἐνδελεχισμός. ἐνδελέχεια. 37
ἐπὶ pro ἔπεσι 26
epigrammatũ Grȩcorũ uolumen 8
ἔσο 32
ἔσω 39
Euæ filios neceſſariò affligi 27
εὐτέκνια ἀρετῶν μήτηρ 41
exempla plus excitare quàm nuda præcepta 36

F

Facturo aliquid, de apologia mox adhibenda cogitandum 29
feliciter agentes ridendi 23
fidelis hominis humilitas 17
fides uirtutũ mater 41
finis cuiuſq; rei ante initiũ conſiderandus 13
fortuna uitrea 38
fortunæ bonorũ inconſtantia 41

G

Gaudium lubricum 13
gloriæ cupiditas corruptio uitæ 27
contra Græcorũ ſuperſtitionem ſcripta Nili & Theodoriti 8
gutta cauat lapidem 37

H

M. Henricus Theodorus 4
Herodotus hiſtoriæ parens 38
Hilpethauſenſiũ iuuentus bonarum literarũ ſtudioſa 4.6
Hippocrates medicorũ κορυφαῖος 32
Homeri gnome 35
homo umbræ ſomnium 37
hoſpes quis 11
humilitas diligenda 21
humilitas uera quæ 17
humilitatis altitudo 15
hypocritæ uæ 29

I

Ieiunium armatura 13
ieiunij panis uoluptatis pane præſtantior 25
ignauia uitiorũ mater. 17
ignauiæ dedito ſupplicium expectãdũ 23
ignominia affecto gaudendum 19
Ioannes Hõterus Coronenſis 3
imago noſtra, Dei imago 17
impio uæ 29 (23
infelicib. condolendũ
in Infortunio alterius non ridendum 21
iniquo uæ 29
iniuria patienter ferenda 17
inuidus ſui ipſius mulcta 11
ira compeſcenda 15
iudicantes noſipſos in dicem placamus 27
iudicis ſententia medi tanda 23
iudicem nihil latere 23
iuſticia ipſo Lucifero formoſior 41
Iuſticia opere magis quàm uerbo exercenda 11

iuſticiæ prẹſtantia 25
iuſticiã omnes uirtutes complecti 41
iuſtus primùm accuſator ſui 37 (36
Iuſtini martyris dictũ.
iuuentuti qui authores proponendi 3

L

Laborãdũ Adæ filijs 27
labores oratione condiendi 15
laborioſus quis 11
lachrymæ, balneum 13
legis meditatio. ibid. & 15. 27
liberalem eſſe de ſuo oportet 41
lingua optimũ & peſſimum membrum 34
lingua parcè utendũ 13
linguæ uſus 40
linguæ imperandũ 25
λογιστικὸν 40
loquendũ Deo multa, hominib. pauca 27

M

Macrobij in Saturnalibus inſtitutum 32
maledici Deo inuiſi 37
maledictis abſtinẽdũ 21
malis affici, res beata: inferre, miſera 25
malis nõ patrocinandũ 17
malitia dæmonum gladius 19
Maximiliani Cæſaris dictum 43
μίμησις 12
Menandri gnome, etiã D.Paulo uſurpata 37
mens cuiq; ſua, eccleſia 19
μετάνοια, κρίσις 40
Mich. Neãdri patria Sorauia 4
miſericordiæ retributio 27
miſericors, niſi etiã iuſtus, cæcus 25
modus ſeruandus 15
Moldauiæ bibliothecæ 3
in Morbis oratione prius quàm pharmacis utendum 15
mors expectanda ſemper, nõ metuẽda 21. 25
mortui nõ lugendi 27 & quatenus 42
mũdana omnia fumus & umbra 29
Muſonij dictum 40

N

Nilus archiep. Theſſalonicẽſis, papæ acerrimus hoſtis 7
Nili contra Græcæ ſuperſtitionis ſectatores liber 8
Nili cuiuſdã Græca hiſtoria 7
Nili parænefeon libellus cuiuſmodi, & ubi repertus 3 à M. Neandro Latinè uerſus, emẽdatus, & expoſitus. ead. 4. 5 cui aſcribendus 8 eiuſdem argumentũ 8. 9
Nili Scholaſtici tetraſtichon 8
de Nilo Cõſtantinopolitano 8 eiuſdẽ ſcripta ibid.
Nili multi 7

O

Ocium damnum exiſtimandum 23
oculus cohibendus 13
oculi muniendi 15
oculos ſibi quoſdam eruiſſe, tanquã peccatorum cauſas 34
operum bonorum præmia cuiuſmodi. ibid.
opum poſſeſsio nõ prohibita in Scriptura 34
orandi modus 15
oratio murus 13
oratio ſobria ibid.
orationis ara ſancta 25
orationis lacryma, animæ balneum 27
oratiõe actio omnis obſignanda 15
Origenes φιλόπονος 32
orphanotrophiũ à Petro & Paulo conſtructum 8
Ouidij locus 37

P

Papæ idolomania & arrogantia à Nilo archiepiſc. Theſſalonicẽſi confutata 7
παραβαίνεσθαι 36
πάρεργον 41
patientia, antequam ea opus ſit, exercẽda 19
pauper lachrymans nõ deſpiciendus 23
pauperes fouendi 13
pauperes pij iuuãdi 34
pauperibus de iuſtè partis ſuccurrendũ 27
pauperibus noſtra, non aliena ſerenda 25
paupertas occaſio uirtutis 39
peccans iudicis cõmonefaciendus 29
ſuper Peccante proximo ſuſpirandum 29
peccantes lugendi 27
peccantium admonitio qualis eſſe debeat. 17
peccatum odio habendum 29
peccati pœna metuenda, turpitudo negligenda ibid.
peccatis omnes eſſe obnoxios ibid.
peccator felix lugendus 17
πεῖρα. πεῖρος. πειρατὴς 39
φιλοχόνειν

φιλοπόνου exempla 32
φιλοσοφεῖν quid 40
philoſophia 39 mortis meditatio 41
philoſophia unigenita, res eximia 23
philoſophiæ ſumma quæ 40 uſus ac laus 39
Phocionis dictum 32
pietas uirtutū mater 41
pius quis 11
Platonis ſententia 41
Plauti dictum 38
Plinius φιλόπονος 32
Plutarchi locus 39
polypragmoſyne hominibus innata 37
pontificis Ro. primatus à Nilo confutatus 7
pœnitentiæ lauacrū 27
potentes potenter iudicandi. ibid. potenter tormenta patientur 42
præpoſitiones tranſpoſito accentu fieri aduerbia 26
præſentium uſus pro futuris, ut præteritorū pro præſentibus 36
principes nō beati cenſendi 27
Pythagoræ dictum 41

Q

Quid mihi & tibi, pro tecum 24

R

Riſu nimio eneruari animam 15

S

Sacerdorē quæ faciāt 11
ſacerdotes honorādi 15
ſalutaria tantum à Deo petenda 23
ſalutis initiū, ſui ipſius accuſatio 11
ſancti ab operibus dignoſcendi 17
ſanctorum colloquij uſus ibid.
ſanctorum contemplatio ibid.
ſanctorum gloria 19
ſcortatori uæ 29
ſecularium cōuerſatio declinanda 17
ſepulchrorum religio, propter animorū immortalitatem 39
ſocordi uæ 29
Sorauia Mich. Neandri patria 4
σιβὰς 10
ſuperbia fugienda 21
ſuperbo uæ 29
συνειδὸς 33

T

Templum Dei quomodo quis fiat 17 quomodo cuſtodiendum ibid.
temporis breuitas 32
tentationes fortiter arcendæ 23
Theodoriti Cyrēſis cōtra Græcorū ſuperſtitiōis ſectatores libri 8
Theognidis gnome 35
Theophraſti de uitæ breuitate querela 32
triſtitiæ medela 17
τετύφωται 35
τροφῆ 34

V

Ventri imperandum 25
uerbo Dei roborari animam 11
uexatio dat intellectū. 39
uini uſus 15
uirtus colenda 25
uirtus, Dei indumentū 23
uirtus docenda uerbis, opere aūt declarāda 11
uirtus imago Dei 17
uirtus immutabilis. ibi.
uirtus nō ſimulanda 41
uirtus ſola incorruptibilis 25
uirtuti non citra laborem ſtudendum 25
uirtuti perpetuò ſtudendum 19
uita præſens futuræ deſiderio negligēda 21
uitæ breuitas 32
uitę emendatio nō differenda 39
uitæ fuga, ad uirtutem uia 21
uitæ huius læta, hami 23
uitæ huius roſæ hypocritæ, auari, uoluptuarij 29
uitæ huius triſtia & læta, umbra 21
uitæ inconſtantia 23. 38
uitæ rota 27
uitæ ſordidæ anima beſtialis 25
uitijs omnes obnoxij. 29
ultio cōmittenda Deo. 27
uoluptatis affectui quę opponenda 15
uoluptatis breuitas 25
uoluptates carnis odio proſequendæ 13
uoluptates, malorum eſca 43
uſq; ad aram 36
Vuagnerus 3
Vualachia ibid.

Z

Ζιζάνιον 41
ζύμη ibid.

BASILEAE, EX OFFICINA IOANNIS OPORINI, *Anno ſalutis M. D. LIX. menſe Auguſto.*